4/5 B. 17/6

a Yge 18



I. 39 Qv 2.

R. 1. 12

2° Ver (b) 12

ARS SYMBOLICA.

ARS SYMBOLICA.



Joh: Georg Wolffgang Sculpsr. Aug. Vind.

SYMBOLOGRAPHIA
SIVE
DE ARTE
SYMBOLICA
SERMONES SEPTEM.
AUCTORE
R. P. JACOBO BOSCHIO
E SOCIETATE JESU.
Quibus accessit Studio & Operâ Ejusdem
SYLLOGE
CELEBRIORUM SYMBOLORUM
IN QUATUOR DIVISA CLASSES
SACRORUM, HEROICORUM, ETHICORUM,
ET SATYRICORUM
BIS MILLE ICONISMIS
EXPRESSA.
Præter alia totidem ferme Symbola ordine suo
fusiùs descripta
CUM SUIS RERUM, FIGURARUM, ET LEMMATUM INDICIBUS.
Cum Facultate Superiorum.

AUGUSTÆ Vindelicorum & DILINGÆ,
Apud Joannem Casparum Bencard.

Anno M DCCI.

Christophorus Otto Comes et Dñs in Schallen-
berg &c. Præpositus Constantiensis ab aº.
1693 Canonicus Augustanus ab aº 1672,
ejusdemq; Ecclesiæ Decanus ab aº 1721.
natus aº. 1695. 6ª Junii, horâ 8ª matuti-
nâ in Hagen prope Lintzium Austriæ Su-
perioris Patre, Comite Christophoro Ernesto &c.
Matre, Christinâ, natâ Baroniſſâ Schiſerin,
denatus aº. 17....

Stadt-Bibliothek Passau

REGIO, CÆSAREOQUE PRINCIPI

CAROLO

ARCHIDUCI AUSTRIÆ,
LEOPOLDI AUGUSTI
FILIO
PRINCIPI JUVENTUTIS

JACOBUS BOSCHIUS SOC. JESU
FELICITATEM.

NOn malè mihi philosophari videntur, SERENISSIME ARCHIDUX, qui Generis nobilitatem in solis ferè Adolescentibus æstimandam putant. Quid enim est, quod in Nobilibus

adeò

adeò æſtimamus? Planè quòd multos iſti, ac locupletes Fidejuſſores habent, qui de ipſis præclara quæque nobis pollicentur; præſtantes, inquam, Avos, & Atavos, quorum virtutem dignum ſit credere, transfuſam fuiſſe in Nepotes. In ijs ergò æſtimanda Nobilitas, qui Sponſoribus adhuc egent, quòd ipſi nondum per ætatem præſtare ſimilia potuerint, qualia eorum Majores eximiâ cum Nominis ſui laude præſtiterunt. In Viris vix eſt, cur magnopere commendemus quantamcunq; Generis Nobilitatem. Vel enim præſtant illi magna, & egregia; jámque illi ob hoc ipſum honorandi, ſuóque merito æſtimandi ſunt non ob promiſſa Majorum. Quòd ſi autem nón præſtant, quid porrò moremur quorumcunque Fidejuſſorum pro ipſis ſponſionem, quando huic fidem ipſi detrahunt, & falſam fuiſſe oſtendunt.

Quorſum autem iſta? Nempe: ſi de Te mihi dicendum fuiſſet, SERENISSIME CAROLE, cùm qualis eſſes futurus, nulla dum clariora extarent argumenta, quàm quòd es ortus tot Regibus, atque Cæſaribus, quorum virtute, rebúsque geſtis nihil habent aliquot jam ſæcula majus, quod oſtentent: celebraſſem ego tum profectò Nobilitatem

tatem istam tūam, quâ major in terris (quod pace omnium dixerim) nulla est, aut unquam fuit. Et poterat utique, dum tuas explicares ipse Virtutes, Majorum interim clarissima Virtus abundè commendare Te populis, quem tot, tantíque Heroës sui similem futurum promittunt. Nunc Sponsores istos, in hac etiam Adolescentiâ tuâ, vix ampliùs requirimus: quin tanta jam Tui nobis fiducia est, ut quam illi tuâ causâ susceperunt obligationem, haud cunctanter ipsis remittamus. Quanquam enim ætas nondū Te rebus gerendis admovit, nec proin grandibus factis comprobare adhuc summam illam Virtutem potuisti, quam Tibi ab Augustis Progenitoribus insitam credimus: exserere tamen pridem cæpisti, exserísque magis magísque in dies mirificam adeò Virtutis indolem, ut nostras illa de Te spes multò jam efficiat certiores. Est ea nempe (quod non blandiendi Tibi causâ dico, sed ut Divinum munus commendem) est, inquam, tua hæc Indoles ad omne Virtutis decus tam præclarè comparata, tam prompta, & alacris, ut quæ cæteroqui sunt Virtutum officia, præoccupare ipsa per se, atque adeò ipsarum ferè instar esse Virtutum videatur.

Certè

EPISTOLA

Certè, quòd omnia in Te tam bellè composita sunt, ut nihil in sermone, in gestu, in vultu, in risu ipso, ludisque, in omni demum actione se prodat, quod non sit apprimè decorum, ac planè ad normam Virtutis; hoc ne ipsa quidem, ut opinor, Virtus tam facilè, tam constanter, hâc tuâ ætate præstaret, nisi prior, ante Virtutem Indoles certum quendam animi tui affectionibus modum posuisset. Hæc prima morum tuorum moderatrix vividam istam Adolescentiæ tuæ hilaritatem decenti quâdam gravitate, gravitatem suavi comitate temperat, Atque, ut verbo rem absolvam, quicquid in Te suspicimus, & amamus, illa inchoavit, ac eò usque perduxit, ut Virtutes ipsæ non acquisitæ Tibi, sed innatæ propemodùm videri queant. Quæ cùm ita sint, næ illi tui, quos dicebam, Sponsores, SERENISSIME PRINCEPS, abundè jam liberâsse fidem suam censeri possunt. Quid enim est, quod clarissimi quique Avi, & Proavi de Nepotibus suis promittere putandi sunt? Hoc unum videlicet, si benè rem perpendimus; præclara, & egregia Indoles: hæc enim ab illis proficisci potest, cætera deinde ab Indole ipsâ proficiscuntur. Neque

Neque tamen optimis quoque ac præſtantiſſimis Viris, ipsísque adeo Heroibus id ſemper contingit, ut earum, quibus ipſi præſtant, Virtutum Semina, initiáque (quam nos Indolem dicimus) deriventur in Filios. Quamvis ergò ſperare hoc nos illi non immerito jubeant, non omnis tamen ſpes illa dubio vacat, donec ipſa ſe Natorum Indoles proferat in apertum. Quando autem tuam tam luculenter ipſe pandis, generoſam illam ſanè, ac præclaram, quidni abſolvamus jam, & dimittamus Fidejuſſores tuos, neque poſthac illis, ſed Tibi potius de Te credamus?

Vt autem nihil diſſimulem: nam & hoc reliquis tuis laudibus accedit, quòd verendum mihi non ſit, ne, ſi liberè verum eloquar, minùs id benignè accipias; nulla puto, in Adoleſcentibus tam benè auſpicata, tam beata eſt Indoles, cui per ſe ſatis poſſimus confidere. Accedat neceſſe eſt recta quoque Inſtitutio, & Diſciplina, quâ ſine ſpem illi noſtram facilè fruſtrantur. Quàm enim pronum eſt, ut in eo ætatis lubrico ſibi relicti, ſuique ſecuri à Virtutis tramite in diverſum abeant, vel abripiantur? Sint licèt in ipſis Avitarum Semina non parca Virtutum, quid inde? Mirum ni vis illa langueſcat, aut exareſcat penitus, ſi

non

non foveantur, non nutriantur, non protegantur. Licet igitur tam læta Tibi, Præstantissime juvenum, tam felix sit Indoles, Spésque proin maximas, uti dicebam, de Te prídem excitaverit; non eas tamen satis tutas illa præstaret, si non etiam Tibi ritè instituendo magna fuisset adhibita cura. Tanta verò fuit adhibita, tam sedula, tam exacta, quæ vel minùs rectam ac facilem emendare Indolem posse videatur, ne dum istam tuam adeò felicem, & ad honesta quæque suapte naturâ propensam tueri, &, quò tendebat ipsa, certiùs perducere.

Rectæ autem Institutionis tria potissimùm esse munera, cùm alij, tum verò Philosophorum Principes, Plato & Aristoteles tradiderunt. Cujus rei aperta est ratio. Cùm enim corpore constemus & animo; Animus intelligentiâ ac voluntate, suâ cuique parti disciplinâ est opus. Nam animi pars altera bonis artibus instruenda est, altera exornanda virtutibus. Corpus quoque, ut non inscitè sed aptè decentérque se moveat, erudiendum est, & aptandum ad labores. Atque hoc ejus est disciplinæ, quam Græci Gymnasticam & Palæstricam appellabant. Nulla porrò è tribus hisce Disciplinis non in Te adornando laborem

ravit

ravit, SERENISSIME CAROLE, nulla non in Te vel jam perfecit, vel pergit adhuc perficere, quantum omninò ejus in Principe desiderari potest. Qua de re ut mihi paulò ampliùs differere per modestiam tuam liceat, rogo. Da hoc solatio nostro: jucundum enim nobis est, ea pensitare, quæ nostras de Te spes confirmare queant. Quòd si tamen haud æquo satis fers animo, Te laudari, puta me potiùs hoc loco eorum commendare diligentiam, industriámque voluisse, quibus educandi tui curam Augusti Genitoris providentia commisit. Noles utique sua illos laude privari, quòd cum tuis illa laudibus sit conjuncta.

Ordior à Gymnastica & Palæstrica, quæ tametsi minùs afferat laudis, quàm quæ animum perficiunt, quia tamen in hominum illa oculos maximè incurrit, prima ferè laudari vulgò solet. Hujus verò Disciplinæ illa se statim pars offert, non quâ corpus confirmatur ad labores, sed ad quandam in agendo elegantiam conformatur. Hæc prior est alterâ; priùs enim, quàm subeundis laboribus idoneum sit corpus, satis est idoneum huic, quàm dico, elegantiæ condiscendæ. Est ergo quædam corporis Disciplina, quæ mo-

tus eius omnes, & flexus, & gestus moderatur, atque ita moderatur, ut venustatem quandam, leporémque præseferant. Quæ tam concinna motionum omnium modulatio mirificè delectat intuentes: nam præterquam quòd ipsa per se placeat, compositi quoque velut ad numeros animi præbet indicium, paritque proin opinionem Virtutis. Atque huic nos opinioni favemus eò impensiùs, quia, quem ut primùm conspeximus, cœpimus jam amare, huic etiam optamus inesse Virtutem. Et sanè si augustior quædam corporis species tanti habita populis fuit, ut, cui ea inesset, dignum illum imperio, non quidem reddere, sed ostendere censeretur; tum scilicet putem, ita existimari potuisse, si ad reliquam præstantis formæ dignitatem, ista etiam, qua de nunc mihi sermo, venustas accederet: sine hâc enim nulla; ut opinor, quanquam aliàs egregia species, placere admodùm potest. Vt ut sit, Græci profectò, idonei rerum æstimatores, hanc scitè, belléque movendi corporis Disciplinam tantopere requirebant, ut qui ejus essent rudes (Apalæstros ipsi vocabant) haud eos satis liberaliter educatos existimarent. Quemadmodum autem nobili ac illustri Genere ortos,

tos, immo & ingenuos quoſque adoleſcentes, nolumus Apalæſtros, ita non volumus Palæſtritas. Non ſint ignari hujus diſciplinæ, ſed neque multum in ea operæ ponant. Cùm enim illa non tam juvet ipſos, quàm alios delectet, illiberale fuerit (ut ſapienter Ariſtoteles monet) nimis ſtudiosè id conſectari, quo quis aliorum oblectationi ſubſerviat. Et ad Te quidem quod attinet, SERENISSIME PRINCEPS, eò minùs Tibi hac arte opus fuit, quod Natura ipſa videtur tui corporis habitum motúmque ad omnes adeò elegantiæ numeros conformâſſe, ut arte potiùs Tibi foret opus, ſi quid unquam liberet agere, quod non eſſet ad hanc normam. Atque iſta ſcilicet motionum ſymmetria, quæ non ab arte proveniat, ſed Naturæ ipſius ſponte efflореſcat, iſta, inquam, optimè temperati animi non dubium eſt indicium, ſpémque adeò nobis facit, cætera etiam, quæ à tali animo ſunt profecturа, perinde temperata fore. Verùm hac de re jam plus ſatis.

Ariſtot. lib. 8. Politic. c. 4. n. 2.

Tranſeo ad alteram Gymnaſticæ partem, quæ ferè ſola hoc nomen obtinuit: illam dico, quæ corpus, multâ exercitatione, Bellicis laboribus aptum & habile reddit. Atque iſta quantopere ſit expetenda in eo, qui magnis re-

rebus conficiendis destinetur, nemo non per se satis intelligit, ut proin meis etiam verbis porrò commendari minimè debeat. Quàm verò non molliter educaris, SERENISSIME ARCHIDUX! Non hæres in umbrâ, nec in deliciarum sinu conquiescis, sed abijs atque alij labores Te per intervalla suscipiunt. Vt enim de Venationibus primùm dicam, non oblectandi otij causâ in his versaris, sed ut corpus dures ad perferendos labores, & ad æstus, ac frigoris, ad imbrium, nivium, ventorúmque patientiam non sine aliqua voluptate condocefacias. Iámque id consecutus es, nullius ut laboris Te pigeat, nulla Te bruma, nulli soles absterreāt. Neq; tantùm alacriter & impigrè omnia peragis, sed etiam dextrè ac peritè, ut proin meritò hæc tua belli rudimenta (sunt enim Venationes rudimenta Belli) festivis omnium acclamationibus celebrentur. Et verò ut Venabula, sic pari dexteritate tractas genus omne armorum. Seu ense seu balistâ, seu alio quocunque telo tormentóve cominus aut eminus rem geris, mirum si unquam aberres à scopo. Equum porrò quàm scitè quàm bellè regis? Incitas, cohibes, flectis, circumagis, ut libet, velut res postulat. Denique ne longum faciam, videár-

deárque ipſe in hoc campo velle decurrere, omnibus in ludis militaribus ita es exercitatus, ut ubique triumphes, & communem omnium, qui ſpectant, plauſum feras. Applaudo & ego, cùm hæc audio, quæ quanquam per ſe magna non ſint, magnarum tamen rerum meditamenta quædam ſunt, & læta præſagia. Vide autem, SERENISSIME PRINCEPS, (non meum hoc, ſed Ariſtotelis monitum, quem Tu Monitorem, ſcio, nunquam aſpernaberis) Vide, inquam, ne in exercitationibus hujuſcemodi tuus Te ardor provehat ultrà, quàm ſatis ſit. Exercendum eſt corpus, ſed non immodicè, nam obeſſe corporibus Iuvenum contentionem immodicam; vel ex eo colligit Ariſtoteles, quòd inter eos, qui Olympia vicerunt, vix duo aut tres numerati fuerint, qui cùm victoriam reportaſſent adhuc juvenes, ijdem quoque jam Viri eam ſint deinde conſecuti.

Sed jam de hac quoque Diſciplina dictum ſit ſatis: non enim ea ſic extollenda, tanquam eſſemus in Lacedæmonum Rep. qui Iuvenes ſuos ad arma tantùm & ad pugnas inſtituebant, neglectis alijs Diſciplinis. Vnum nempe illis hominibus Bellum curæ fuit, atque adeò huc ferè inſtituta ſua omnia referebant,

bant, nihil admodùm ijs de rebus ſoliciti, quæ ad rectè degendum in pace pertinerent. Iure autem iſtos reprehendit Ariſtoteles; Cùm enim finis Belli ſit tranquillitas Pacis, quid magis à rectâ ratione alienum eſt, quàm inſtrumenta tantùm curare, non finem ipſum, cui obtinendo Inſtrumenta deſerviunt? Niſi fortè quis putet, iſtos, qui non ultra Bellum ſuas ſibi curas porrigendas exiſtimârunt, propterea falſos non fuiſſe, quòd, cùm propoſitum ſibi haberent finitimos quoſque bello aggredi, & longiùs etiam poſitos imperio ſuo ſubijcere (rem videlicet infiniti negotij) nullum utiq; bellandi finem eſſent habituri. Sed neque ſi bellum ipſum ſpectetur, agreſtes illos ac feroces, qui non aliud quàm pugnas conſerere docti ſunt, ijs præſtare putandum eſt, qui & pugnandi non ſunt imperiti, & alijs præterea inſtructi diſciplinis. Quin imò iſti (quod is, quem ſæpè laudo, Philoſophus notavit) vincunt demum eos, quorum etſi maximè valida ſint corpora, & exercitata, rudis eſt animus. Atque hoc arbitror indicare Poëtas voluiſſe, qui Palladem illam ſuam, ut Belli potentem, ſic aliarum quoque artium Præſidem finxerunt. Certè cùm vera illi fabulis obvolvere ſolerent; non alio, quàm hoc ſchemate aptiùs,

Lib. 8. Politic. c. 4.

aptiùs, elegantiúſque potuerunt exprimere; quod nos ſimpliciter dicimus, Belli, Pacisque artes conjungendas eſſe. Illum ergo verum Palladis alumnum dicam, qui utriſque ſit artibus probè inſtructus, quemadmodum Tu certè inſtrueris, SERENISSIME PRINCEPS, adeóque dignum Te præſtas, cui condecorando Palmarum Olivarúmque ornamenta ſocientur.

Quamvis autem pulcherrimo fœdere artes utraſque conjungas, illa tamen Tibi, ut par eſt, adamantur magis, quæ per ſe magis adamandæ ſunt, quáſque uti potiores, ipſiúsque Palladis nomine digniores, propriè Palladias nuncupare conſuevimus. In has ergo libentiùs, atque adeò frequentiùs incumbis. Rectiùs autem vacare Te quidem illis, non incumbere dixerim. Haud enim neceſſe eſt, in ullam Te magnopere Diſciplinarum intendeſe animum, ut eam Tibi compares, cùm eâ ſis felicitate ingenij, ut quaſcunque libet, non magno negotio complectaris. A teneris ſtatim annis, quâ ſcilicet ætate una maximè memoria viget, variarum Gentium linguas edoctus es: ſic enim oportuit eum inſtitui, qui non uni Genti ſit debitus, ſed pluribus, ac diverſis. Ita verò hæc idiomata didiciſti, ut, quod

rarum eſt, nihil in cujuſquam earum uſu Pe-
regrinitatis notare ſit, ac proinde Gens quæli-
bet ſuum Te civem reputare queat, eóque li-
bentiùs habitura ſit Dominum. Sed Latinam
in primis linguam perdiſcere Tibi curæ fuit.
Hanc enim ignorare vel ideò Te magis pude-
ret, quòd eam aliquo modo calleant, qui
modò non ſint penitus indocti. Non autem
illa tibi eſt, qualis multorum eſſe ſolet, quos
indoctè doctos quis dixerit, vitiata, vel fu-
çata; ſed pura, terſa, nitida: ut facilè appa-
reat, optimis Te auctoribus aſſueviſſe. Mox
huic copiæ linguarum adjunxiſti etiam Rhe-
toricæ ac Dialecticæ ſtudia, parum ſcilicet
ratus, loquendi Te, quibus velles linguis fa-
cultate pollere, niſi etiam eloquens, & diſer-
tus, ac ratiocinandi prudens evaderes. Et e-
vaſiſti ſanè. Nam quamvis non ames verbo-
rum eſſe prodigus, non tamen neceſſe habes,
ut alij non pauci, à ſiccitate jejunitatéque ſer-
monis adſciſcere tibi auctoritatem. Quin, ſi
quod argumentum paulò fuſiùs diducere Ti-
bi libeat, id agis pari cum facilitate ac digni-
tate, quâ ſoles aliàs rem ſtrictiùs, preſſiúsque
concludere. Illud deinde neſcio an Dialecti-
ca Tibi præſtet, an potiùs naturalis ea ſit In-
genij tui vis, quòd minimè ſis idoneus, quem

quis

quis quomodocunque contortis, & ad veri similitudinem confictis ratiunculis inducat in fraudem. Nemo Te facilè circumveniet, nemo capiet: nam, si quæ verbis fraus subsit, quantumvis abdita, Tu eam facilè introspicis ac deprehendis. Atque ista, quæ commemoravi, si vel sola teneres, satis Te supérque ad hoc certè tempus profeciſſe diceremus. Dedisti autem Mathesi quoque operam, ac præsertim Cosmographiæ, quæ Tibi panderet Regionum omnium, Vrbiúmque situs, ac intervalla, cursus fluminum, opportunitates Portuum, sinus & spatia Marium. Didicisti etiam, quo maximè pacto vallanda sint Castra, muniendæ Arces, & Vrbes. Ac ne ejusdē quidē Architectonicam ignorare sustinuisti. Quæ quidem Disciplinæ non sunt ab hâc tuâ ætate alienæ: Quin Plato aliqua saltem parte Matheseos exerceri primùm volebat adolescentum Ingenia. Majus illud est, quòd eam quoque Philosophiam, quæ morum præcepta tradit, combibisti penitus his ipsis annis. Istud, inquam, majus est: nam huic Disciplinæ Aristoteles ipse, qui præcipuus ejus est Magister, haud satis adhuc idoneos esse Iuvenes existimavit, quòd sedatiorem illa poscat animum, magisque liberum à perturbationibus, quàm

Lib. 1. Ethic. c. 3.

esse Iuvenum soleat. At enim, qui maturitate, moderationéque animi ætatem supergrederis, hanc etiam percepisti facilè, atque in pectus tuum penitus demisisti. Quin, quod est amplius, simul ferè cum Ethica Civilem quoque doctrinam hausisti. Et erat Ratio, cur has Disciplinas quodammodo confunderes. Quanquam enim sint alioquin diversæ (nam altera, quæ boni sunt Viri officia, docet; altera, quæ boni sunt PRINCIPIS) Tu tamen alterũ sine altero fructum capere non potes. Alijs quidem minore licet impendio esse bonis: PRINCEPS autem, & bonus inprimis Vir sit oportet, ut bonus sit PRINCEPS; & nisi bonum se PRINCIPEM præstet, neque boni omninò Viri officium implet. Civili demum Philosophiæ studium conjungis cognoscendarum Historiarũ. Cùm enim scientiam illam vel maximè perficiat Experientia rerum, quæ Tibi adhuc multa esse in hac ætate non potest, largioris interim experientiæ vices abundè supplet ista Historiarum cognitio, quam Tibi magna sedulitate comparâsti. Lenta nimis experientia est, adeóque seriùs venit, quàm ut longus possit ejus esse usus. Immittis ergò in priores ætates animum, ut quod tua Tibi nondum ostendit ætas, illæ

DEDICATORIA.

Te doceant. Et verò ipsi quoque Senes nimis quàm novi sunt, si sua tantùm ætatis eventa nôrint. Magis Tu amplias ætatis tuæ spatia, qui memoranda quæque priorum temporum eventa sic habes animo comprehensa, ut illis quoque vixisse temporibus videri possis. Neque satis habes, memori omnia mente recondere, sed etiam cum animo tuo diligenter ea perpendis, &, qui potissimus Historiæ fructus est, è rerum gestarum documentis, exempla Tibi sumis gerendarum.

Porrò cùm omnes adeò Disciplinæ, omnes bonæ artes Ingenium tuum certatim ambiant, sistere se quoque audet SIMBOLO-GRAPHIA, sperátque, vel in secundis admissionibus locum. Occupandum autem sibi hoc tempus illa putavit, quòd præsentiret, litterarium hoc otium tuum gravioribus brevi negotijs abruptum iri. Est hæc, ut aliquid ad ejus commendationem dicam, amœnior quædam Philosophia, quam vocant Imaginum. Quòd si Philosophia non est (nolim enim de voce quis mihi litem intendat) illud certè philosophici acuminis instar habere videtur, in rebus etiam diversissimis convenientiam aliquam, sive Analogiam deprehendere, vulgò inobservatam. Hoc verò facit Symbolo-

graphia. Cùm enim res aliquas non omnino apertè, ſed obliquè ac diſſimulanter commendare volumus, vel etiam vituperare, ipſa res quaſdam alias adducit, naturâ quidem longè ab illis diverſas, ſed quæ nihilominus ſimilitudinem cum illis aliquam, vel proportionem habeant, eásque graphio, vel penicillo expreſſas oculis obijcit, ut his illæ comparatæ magis eluceſcant. Addit & Lemma, ſeu brevem Epigraphen ad indicandum id, in quo utræque conveniunt. Vtimur paſſim id genus Imaginibus, ut egregia Virorum Principum facinora, vel etiam grandes eorum auſus, immò & conſilia ipſa, deſtinatáque animi adumbremus. Sed & ipſi PRINCIPES adſciſcere ſibi ſolent ejuſmodi Symbola, quibus, tanquam teſſeris, quod quiſque ſibi propoſitum, & antiquiſſimum habet, in quo ſe magis amat, præcipuámque laudem ponit, profiteantur: id quod alij modeſtiùs, alij confidentiùs faciunt. Tu quidem, SERENISSIME CAROLE, Aquilam Tibi delegiſti, domeſticam videlicet Auſtriacorum Alitem, non eam tamen, ut poteras, grandibus jam alis inſtructam, ſuiſque nitentem viribus, ſed (quæ ſingularis modeſtia fuit) ſubnixam adhuc VIRTUTE PATRUM. Ego verò, ſi liceret,

efferenti ſe in altum Aquilæ iſti hanc potiùs Epigraphen adderem : PATRUM VIRTUTE SUAQUE. Sed enim piaculum foret, in tuâ quidquam Inſcriptione mutare. Relinquamus proinde illam, veluti rem Sacram, prorſus intactam, ut & tuæ Tibi modeſtiæ laus, & nobis reverentiæ, quam Tibi debemus, ratio conſtet. Nihil autem vetat, nos ita rem interpretari, ut tua quidem Virtus omninò ſit, quæ Te ad ſumma evehit ; Patrum autem ea eſſe Virtus dicatur, quia Tu ab illis eam hauſiſti. Facit hoc nempe Generis tui præſtantia, ut quamvis ipſe nullâ non virtute ſis præditus, nullam poſſimus ita tuam dicere, ut ea Tibi non ſit cum Progenitoribus tuis communis. Nec ideò tuæ quidquam decedit gloriæ : quin major hæc gloria eſt, quòd, quamcunque in Te Virtutem ſuſpicimus, non ea Tibi peculiaris, adeóque nova, & recens ſit, ſed inveteratum, ac perenne, conteſtatúmque ipſius tui Generis bonum.

Quàm verò copioſam Tu brevi, quámque luculentam, ubi tuis ipſe auſpicijs, tuóque Marte cœperis agere, laudum materiem præbebis, in quâ exornandâ non modò Symbolographi, ſed Poëtæ, ſed Oratores elaborent. Ac ego quidem iſtos bene functuros par-

partibus ſuis confido: certè quod illos moneam, non habeo. De illis autem ſum ſolicitus, qui decora tua Symbolis adumbrare volent: quo enim res hæc levioris eſſe operis creditur, eò magis in eâ paſſim peccatur. Hos igitur pro virili mea parte juvare velim. Ac quoniam ipſa hujus Artis præcepta multi non ſatis adhuc nôrunt, ea, uti olim à me Sermonibus aliquot non indiligenter comprehenſa fuerunt, ipſis tranſcribo. Adjeci etiam Præceptis lectiſſima, quæ reperire potui, exempla, quibus inſpectis, Ideas illi quoque non humiles, & exiles, ſed ſplendidas & magnificas, tuáque adeò Virtute ac fortunâ dignas animo concipiant. Hoc itaque conſilium meum, SERENISSIME ARCHIDUX, honori tuo velificatur, quoad ego quidem poſſum. Atque utinam ex labore iſto meo multi proficiant, eóque peritiùs, ac feliciùs tuæ gloriæ ſerviant. Gratulabor enim verò tunc mihi, quòd, cùm nulla ipſe Symbola Tibi adornem, ad ea tamen, quæ majore cum laude alij concinnabunt, operam aliquam contulerim. Neque verò non poſſum monſtrare alijs viam, quam ipſe jam feſſus non poſſum decurrere. Nec, quia inopi ſim ingenio, non aliquam cõferre locupletioribus opem queo, ut ipſi aurea

rea gemmeáque Anathemata ſcitè magis & affabrè conficiant, ad Honoris tui Templum appendenda.

Iam verò quòd Opuſculum hocce meum Tibi offeram, SERENISSIME CAROLE, haud equidem id facio, quòd, quam Artem trado, Tibi magnopere in uſu eſſe cupiam: Scio enim, hæc talia parcè admodũ attingenda ei eſſe, cui longè majora curanda ſint. Abundè proin feceris, ſi vel obiter cognoſcere hujus Artis Præcepta documentáque dignabere, tantùm ut in promptu habeas normam, ad quam Symbola, cùm libuerit, exigas. Nullus profectò acutior iſto ſtimulus illis adhiberi poterit, qui tractant hanc Artem, ut procudere aliquid ejuſmodi laborent, quod tua dignum eſſe approbatione poſſit. Quod autem de iſtis dico, de omnibus quarumcunque Litterarum Studioſis intelligo. Nihil magis ad eos excitandos valebit, nihil magis eorum intendet induſtriam, & ingenium ipſum exacuet, quàm quòd Tu, cui uni maximè approbare ſe omnes volent, bonarum omnium artium ita gnarus ſis, ut artis cujuslibet opera pro merito æſtimare nôris. Vel hâc ergo de causâ juverit, multa me de Artibus, & Diſciplinis dixiſſe, quibus es inſtructus, ut quicun-

que operam in litteris ponunt, judicium tuum vereantur. Ea nimirum est judicij tui acies, ut satisfacere Tibi, quæ suis non sint absoluta numeris, non possint. Sed ea nihilominus est humanitas tua, ut eorum etiam, quorum probare opus non possis, studium tamen, & conatum approbes. Quæcunque igitur Tibi offerantur litteraria munera, læto exporrectóque vultu accipis, nec, si exigua sint, aspernaris. Et est hoc sanè, non humanitatis tantùm, sed etiam Sapientiæ tuæ, quòd vel mediocria boni consulis: absque hoc enim foret, nemo facilè, nisi confidentissimus, offerre Tibi quicquam auderet. Nunc verò Tu Litterarum studiosos non absterres, sed efficis eos magis studiosos.

Dudum & humanitate istâ tuâ, SERENISSIME PRINCEPS, abusus sum, & Epistolæ modum Nuncupatoria hac mea excessi: ac supersunt tamen plurima, eáque præcipua, quæ de sacratiore animi tui ornatu, Virtutibus, inquam, tuis dicenda forent. At nempe nihil est necesse, sed neque facilè illas exponere, quas Tu Paterno ducis ab exemplo, Téque ipse simili ab imagine formas; demonstrásque adeò, Te Magni LEOPOLDI morum quoque ac Regiarum Virtutum

Fi-

Filium esse. Quod quidem decus, utpote proprium, tuáque virtute Tibi partum, meritò maximi facis, SERENISSIME ARCHIDUX, nec aliunde Te magis laudari concupiscis: probè gnarus, non posse Te Augustis Progenitoribus tuis majorem gratiam referre, aut factam ab illis Orbi Christiano de Te Sponsionem, summámque Tui expectationē tueri, & cumulatiùs explere, quàm Austriacarum æmulatione Virtutum. Neoburgi ad Danubium.

A. M. DCCI.

FACULTAS
R. P. Provincialis Societatis JESU
Germaniæ Superioris.

Cùm Opus, cui titulus: *Symbolographia, sive de Arte Symbolica Sermones septem cum Sylloge Symbolorum in quatuor divisa classes*, à P. Jacobo Boschio Societatis Nostræ Sacerdote conscriptum, à deputatis Patribus lectum, probatúmque sit, Ego Martinus Müller Societatis JESU per Superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, potestate à Patre Nostro Thyrso Gonzalez, Ejusdem Societatis Præposito Generali ad id mihi concessa, prædictum Opus typis evulgari permitto. In cujus rei fidem has Litteras manu mea & Officij Sigillo munitas dedi. Landspergæ 12. Sept. 1699.

Martinus Müller.

CONSILIUM OPERIS ET IDEA.

C. F. Menestrier. Lib. singulari. Emman. Thesaurus Cannocchiale: Linguaggio de gli Eroi. Entretien d' Eugene & d' Ariste: La Science de la Cour.

DE Arte Symbolica: quam aliqui Philosophiam Imaginum, Idioma Heroum alij, vel Equestri Nobilitati ac Principum Aulis propriam Scientiam vocârunt, etsi scripserint multa multi, videmus nihilominus, procudi passim, edíque in lucem Symbola, tam abnormia, & inconcinna, ut arbitrari quis possit, de hâc politioris litteraturæ parte, haud sanè minimâ & postremâ, licèt minùs antiquâ, nullas aliquando leges constitutas, aut præscriptos ullos unquam Canones fuisse. Inducor proinde, ut credam, Symbolographos istos adeò rudes, ac imperitos, vel nulla penitus Artis hujus Præcepta legisse; vel, si legerunt fortè, illorum subinde memoriam perdidisse. Fatendum est equidem, pleroſque scriptorum, quī de hâc Arte scripserunt, non perinde omnibus scripsisse: cùm enim vernaculâ suâ, patriâque linguâ sint usi, populares videlicet suos, non item exteras gentes, quippe Idiomatis illius ut plurimùm ignaras, erudierunt. At enim qui toti litteratorum Reip. scribit, latinè scribat, oportet: hic enim solus denique sermo est, qui ubique terrarum addiscitur. Scitè proin dictum ab Authore gravissimo fuit: *Hujus unius longè felicissimæ linguæ beneficio, quanquam in vulgi labris jam emortuæ, videri Deum magnam partem ejus pœnæ condonâsse, quam in universum hominum genus Nemrothi temeritas provocavit.* Equidem haud sum nescius, vulgatos ab aliquibus hujus argumenti libros latino quoque sermone fuisse. Sed hi quoque vel neglecti, vel ne lecti quidem: nullum certè traditarum Præceptionum, in ejusmodi symbolis, vestigium reliquêre. Quam ob rem operæ pretium erit, si artis hujus eadem illa præcepta rursus exponantur, non latino tantùm sermone, ut ab omnibus, qui litteras amant, possint intelligi; verùm eâ insuper ratione, ut legi jucundiùs, & commendari memoriæ faciliùs queant. Secutus igitur Horatij Flacci exemplum, qui de Arte Poëticâ Carmine scripsit, ipse quoque Artem Symbolicam versâ Oratione complecti aggressus sum: Versiculi

Sfortia Pallavic. Lib. de Stylo & Dialogo Cap. 21. n. 7.

ſiculi enim cum voluptate legi, faciliúsque, ac tenaciùs imprimi & hærere memoriæ conſuevêre. Quæ cauſa videlicet eſt, quòd prima Graminatices Elementa in verſiculos digeſta, pueris ediſcenda traduntur. Hinc pariter eſt, quòd, quæ principiò Civitatibus datæ Leges fuerunt, verſu, ſeu carmine conſtabant. Et, quemadmodum Ariſtoteles animadvertit, Cantilenas, ad ſua uſque tempora, nomen Legum retinuiſſe, quòd primæ Veterum Leges Cantilenæ fuerint; ita in Sermone noſtro Teutonico carminum ſeu Hymnorum & Odarum ſtrophæ brevis lex quædam, minutulæque Leges hodiéque appellantur. Quoniam verò Didacticum genus omne, atque Artis cujuslibet Inſtitutio tetricam ſeverámque ſpeciem præfert, eam ego, quoad poſſem, amœniorem reddere ſtudui, ac Præceptionum ejuſmodi amarorem, ceu poculi medicati oras, qualicunque melle oblinere cum Lucretio ſum conatus: ſic enim is, poſt celebrem illam ſuam comparationem ſcribit ad C. Memium L. Achaici filium:

Problem. Sect. 19. Probl. 28.

Gſätzle/ Geſätzlein *à voce* Geſatz.

Lib. 4. de Rer. Natura.

Quoniam hæc ratio plerumque videtur
Triſtior eſſe - - volui tibi ſuaviloquenti
Carmine Pierio rationem exponere noſtram;
Et quaſi Muſéo, dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Verſibus in noſtris poſſem. - -

Verſiculos præterea ipſos feſtivis interdum narratiunculis miſcere, reſpergere ſale Satyrico, ac eâ, quæ Dialogo ineſt, gratiâ leporéque condire laboravi, ut quacunque ratione aliquem hujus diſciplinæ ſaporem Lectoribus elaborarem. Quod an conſecutus fuerim, iſtorum eſto judicium. Cæterùm Oeconomia Carminis hæc eſt. Naturam primùm atque Ortum, ſeu Natales Symboli, perfecti, Heroici, quo de præcipua mihi Tractatio eſt, explicare aggredior: Trado dein ejus Definitionem, ac ſumma quinque generaliáque Pauli Jovij Præcepta. Geminas præterea partes, quibus perficiuntur Symbola prorſus omnia, Corpus videlicet ac Animam, ſeu, quod idem eſt, Figuram ac Lemma, totidem ſermonibus expono: duobúſque alijs ornatum, vitiáque Symbolorum enarro.

Porrò cùm Exempla non ad agendum modò, verùm etiam ad intelligendum, quod præcipitur, plurimùm valeant, eorum quoque numerum bene magnum delegi, eáque in quatuor Claſſes diſtribui, prout argumento, & Auctorum ſuorum conſilio, propoſitóque differre videbantur. Itaque Sacra, ſeu Chriſtiana primam mihi Claſſem conſtituunt. Militaria, Erotica, Regia, propriéque dicta Heroica, proximam. Tertiam deinde faciunt Ethica & Politica, quæ mores informant. Poſtremam denique Satyrica, quibus vitia carpuntur. Immeritò enim hæc ultima toto Symbolorum Regno proſcripſiſſe viſus eſt tum mihi, tum alijs Moynius: utique cùm in ſuam ipſe legem ſemel iterúmque peccârit. Videri autem mea quoque iſta quadripartita diviſio poſſit aliquibus, non juſtis adeò præciſísque limitibus circumſcripta, ut non in Claſſem vicinam, ob modicum: qui intereſt, ſulcum aut clivum transferri Symbola quædam, atque Ethica Sacris, & Heroica viciſſim Ethicis annumerari queant. Minùs tamen, ut arbitror, incommodabit hæc confinium, ac limitum deſignatio, quando illius ope Indicis, quem Figurarum ac Lemmatum feci, tuopte arbitrio poteris, ubicunque libuerit, ea reponere ac profana etiam, quod ſæpe licebit, & Piccinello quidem ſolenne, ac perpetuum eſt, Religioni conſecrare. Studioſè verò ab aliorum, puta, Piccinelli ejuſdem, Menetrerij, &, qui Apelleth Symbolicum noviſſimè vulgavit, Jo. Michaëlis **von der Ketten** / exemplo receſſi, qui non alium in recenſendis Symbolis, quàm Figurarum, ſive Corporum ordinem tenent: Ea verò Corpora & Figuræ, ut ad diverſiſſimos fines ab Inventoribus ſuis relatæ fuêre, ſic ea ratio, ac methodus longum, ac ſinuoſum iter præbere videbatur, Heroëm ſuum ab aliquâ Virtute, Munere, Inductione animi, Conſilio, & Propoſito celebrare volenti. Per ipſas potiùs Virtutes, Munia, magnanimósque auſus, & omne genus πάθος ducere te compendiô volui, ut haberes ſtatim in promptu, quæ fortè percuperes. Quòd ſi omnino tibi fixum eſſet, non niſi Solem, Lunam, Aquilam, Leonem &c. producere, præſtò tibi erat futurus idem, quem dixi,

Figurarum Index; qui Lemmata pariter omnia rebus ejuſcemodi, ac Figuris accommodata in conſpectum daret, téque ad inſpiciendam ſingulorum mentem, ad majorem præcipuúmque Claſſium Indicem deduceret, plura inſuper, eidem Figuræ, propoſitóque tributa Lemmata ibidem reperturum. Nec enim, ubi erat idem unúſque Symboli ſenſus, & mens, bis iſtud, verborum tantùm ac Lemmatum diverſorum in gratiam expingere operæ pretium duxi. At neque prorſus expinximus omnia, quantumcunque ſelecta & emendata: ſpiſſius enim volúmen, ac ſumptuoſius erat futurum; ideóque non multò pauciora leges, quàm in Æs ſpectabis inciſa. Scire te præterea velim, relata in proprio Auctorum ſenſu, ijsdémque cum Lemmatibus à me Symbola fuiſſe, nec ad alium finem, aut argumentum vel inflexa, vel detorta: utique cùm, ſi collibitum eſſet, tuo Marte, minimóque negotio id facere ipſe poſſes. Hæc quoque cauſa fuit ſervandi eadem planè, quibus illiuſi fuêre Lemmata, ſeu Italica, ſeu Hiſpanica, Gallicáve: quæ tamen Idiomatum iſtorum ignaris exponet latino Sermone idem ille Claſſium Index, numerò prorſus eodem, qui Symbolo cuique expicto ſubijcitur. Quæcunque verò Symbola vel ſpectabis, vel leges, etſi ea è multis, etiam ineditis Auctoribus, non ſine delectu & judicio collegerim, haud tamen illa, tanquam omnis omnino nævi expertia, penitúsque perfecta tibi à me venditari exiſtimes. Multa quippe celebritas ſua, & Conditorum ſuorum dignitas haud patiebatur in hâc meâ Sylloge deſiderari: quo verò loco ac precio eſſe apud te hæc ipſa, tum alia omnia velles, tuo nihilominus judicio reliqui: poſtquam eorum, qui de conſtructione Symbolorum ſcripsêre, ſententiam expoſitæ in Carmine Leges oſtenderunt: quas ſi quando graviùs, ſeveriúſque videbor protuliſſe, non id à me Judicis auctoritate, ſed Prœconis officio factum eſſe, Artis hujus periti Lectores interpretabuntur. Qui verò novi ad hanc Diſciplinam accedent, viam illi ſibi ad eandem demonſtrari haud gravatè patientur.

Quòd ſi denique aliquibus videbor tam multitudine, quàm paucitate Symbolorum peccâſſe: quando hinc ipſa voluminis magnitudo terrere poteſt, illinc verò multa nihilominus, quorum ipſi meminêre, Lectores deſiderabunt; in tam ancipiti cauſa præſidium mihi ab alterutris obtinget. Nam qui multitudine delectantur Symbolorum, numerare hîc plura millia poſſunt: &, qui paucis ſunt contenti, longè eſſe plura à nobis prætermiſſa probabunt. Utrique verò fatebuntur, neque pauciora debuiſſe produci, neque prorſus omnia potuiſſe: cùm alterum ad exemplum parum, alterum verò Lectoris patientiæ nimium, ac propè infinitum fuiſſet futurum.

DE

ARTE SYMBOLICA

AD

ERASTUM.

SERMO I.

PROPOSITIO ET CONSILIUM OPERIS.

I.

IAm dudum promiſſa, fidemque repoſcis, ERASTE,
Symboli ut Herôi Naturam exponere tentem:
Ortum, Cauſſas, atque Modum. Quî Lemmata fiant
Congrua Materiæ, ſubjectum animantia Corpus;
Integrùm an Verſum, vel dimidium ſibi Lemma
Poſcat: quæ ſuper impoſita eſt Scriptura, quot eſſe
Debeat hæc Vocum: num ſupra tertiam abundet
Quælibet: an veteris Proles manifeſta Poëtæ
Semper adoptanda; & diverſos munus in uſus
Converſum: an generare nefas, nova pignora, Verſûs,
Quin & Verſiculi confracti dimidium crus?
Hæc me & plura jubes chartæ committere; tanquam
Hæc curaturi olim ſint præcepta Poëtæ, ac
Pictores, quibus audendi, quodcunque libebit,
Semper erit ratio, vel pro ratione voluntas.
Delphinum ſylvis appingent, fluctibus Aprum.

II.

FAc aſſentiri: namque eſt hominum genus udum,
Flexiliusque hederâ Vinum monſtrante; ſequetur,
Quò duces, Muſas Baccho donare paratum.
Verùm audin', quantis feriant clamoribus Aſtra
Porticus, atque Stoa? His auſimne ego vellere barbam,
Palliaque excutiam ſordentia pulvere multo?

Hæc

Hæc quoties manibus contrectant Sacra profanis
Cæde Chimærarum (a) Okami taboque Caballi, (b)
Proxima debentis centum convivia corvis.
Horum etenim prodire ſolent excuſa fodinis
Symbola, Dî Magni! quot, quanta, & qualia: quâmque
Naturæ diverſa ſuæ, ac pugnantia ſanæ
Menti; Picturamque nihil dicentia ſupra,
Vel rem nomine quamque ſuo appellantia Verba!

III.

SIc fit, quando Stagirâ aſcendere Roſtra relictâ
Viſum, Parnaſſoque ſtatim indormire bifurco,
Invitis Muſis, averſo & Apolline: ſic, cùm
Navita de bobus, de Ventis narrat Arator, (c)
Muſicus ædificat, canit autem Vitruvius. (*) Sed
Ridebunt Dryades, *brumali tempore Viſcum*
Fronde virere novâ, quod non ſua parturit Arbor.

IV.

QUid facies illis, queîs tota Scientia, nôſſe,
Quod didicêre ipſi, neque ſe quærentibus extra?
Qui ſe conſtituunt normam, finemque ſciendi?
Ultrà ſcire datum eſt nihil: Alcidesque Columnas
Heîc poſuit geminas. Jubet, hâc, Plato, ſede quieſcas;
Quâ reſidemus, ait Larconius, & Chuſimuſus.
Improbe, quò tendis, metas egreſſe priorum,
Et noſtras? Ars ſi ulla foret, ſciremus & Ipſi:
Nunc fugit ignaros hæc; Ergo, haud eſſe, fatendum eſt.
Ingenium quare in pedicas, & vincula mittas?
Pinge, [licet] quodcunque libet: ſuperadjice Verſum,
Quem Fortuna dabit: vel, ſi non ſufficit unus,
Junge duos, aut tres: Veteri de Lege, Novâne,
Nil refert: Cicero, an Maro; Livius, an Venuſinus
Protulerint, cures tu ſcilicet? Id ſatis eſto,
Exſtet ut è labris, fiſſum velut inteſtinum,
Vitta bipalmaris, ſerpatque volumine vaſto.
Plura petituris animosè oppede Magiſtris.

(a) *Chimæras appellant Philoſophi Adynata, quæ neque ſunt, nec eſſe poſſunt.*
(b) *Genus eſt argumentandi* Negativum, *Okamo familiare, quo probandi onus in Defendentem rejicitur: dictum vulgò* Eqvus Okami, *quòd inſtar Equi recalcitret, vel ſternat, & proculcet opiniones aliorum, ut faciebat Okamus, de ſuis ſtabiliendis parùm ſolicitus.* (c) *Verſiculus contrarius pervulgato illi:* Navita de Ventis, de Bobus narrat Arator.
(*) *Qui ſcripſit de Architectonica.*

V.

EUge, Σοφῶς! Quid enim Chryſippus verius unquam
Dixerit, aut Crantor? potuit vel Jupiter Hammon?
Ergo infelices Jovij, (d) Bargaglij, Areſj,
Taſsi, Ammirati, Contili, Farra, Palazzi,
Pittoni, Paradini, Dommenichi, Simeoni,
Ferri, Ruſcelli, Emmanuel Theſaure, bonoque
Maſenio plorate olim Petra Sancta: diu quòd
Te retinere domi, Domino repetente, nequiret. (e)
Sed tu præcipuè, Tibicen Gallice; (f) tuque,
Cui Monachi Nomen Cunæ, non Clauſtra dedêre, (g)
Inſani, qui poſtremi Præcepta dediſtis,
Necquicquam cauti, atque operam ſumpſiſtis inanem.
Non ego ſtultus ero magis, ut qui littus arare
Poſt omnes illos, & arenæ ſemina rurſus
Mandare aggrediar? Quis me ſanabit Apollo,
Reſtituetque mihi? poſtquam omnis funditus olim
Anticyra (h) exhauſta eſt Pictoribus, atque Poëtis;
Adde Mathematicos: Gentis ΤΡΙΑ ΠΑΝΤΑ Menenî. (i)

VI.

QUantulum item Hellebori ſupereſt à Chryſopoëia,
Ignotum Lapidem (k) Noctu quærente Diuque?
Ad reſtim dum Res veniat, viridemque Galerum.
Pridem eſt plena Ratis Gaileri. (l) Paginaque omnis
Sutori impleta eſt Romano: aſſueta notare,
Romuleâ quicquid ſtultè geſtum eſſet in Urbe.
Non is plebejam duntaxat in Acta referre
Sultitiam ſolitus: quin Jusque, Diemque Tiaris
Dicere, nec Procerum gladios, Oſtrumque vereri.
Audijt hoc Orator Regnatoris Iberi,
Seque dolens Cenſuræ hominis patuiſſe profani,
Continuò jungi currum imperat, adque Tabernam
Siſtit Equos, hominemque rogat, Libróne ſuo Ipſum
Intulerit? Petit ille moram, penetralibus imis
Dum referat commentorum monimenta ſuorum.

Mox

(d) *Nomina Scriptorum, qui de Arte Symbolicâ præcepta tradiderunt, vel etiam Symbola condiderunt in Italia.* (e) *P. Jacobus Maſenius Libro, quem inſcripſit Speculum Imaginum.* (f) *Claud. Franc. Meneſtrier.* (g) *Petrus le Moyne, Scriptores Galli, quorum nomina* Tibicen, & Monachus *Latinè.* (h) *Inſula celebris à proventu Hellebori, ad purgandum cerebrum validi.* (i) *cujus liberi fatui omnes.* (k) *Lapidem Philoſophicum vocant Alchimiſtæ.* (l) *Gaileri Kayſerſpergij Liber inſcriptus:* Stultorum Navis, Narren-Schiff.

Mox redit, ac obiter grandem percurrit Elenchum.
Inde ait: in noſtris Veſtra Excellentia chartis
Præcipuo ſtat ſcripta loco. Cur, Furcifer, autem?
En recito: Quòd mancipium de Gente Agarenâ
In patriam multo inſtructum dimiſerit Auro,
Barbaricos emptumque, relatumque inde caballos.
Usque adeò ſtultè factum hoc, inſane, videtur?
Prorſus. Quid facies, ſi videris inde reverſum?
Audierisque, Urbem reſonare hinnitibus Afris?
Tunc ego, deleto, quod nunc eſt, Nomine, Nomen
Illius, qui Libertate potitus & Auro,
Maluit ad veterem ſtultus remeare cataſtam,
Sufficiam. Donec fiant, & in Acta referri
Iſta etiam cupiant, quæ ſcripſi, ſcripta manebunt.

VII.

NUnc age, ſi Dominam paſcunt Naſturtia Romam,
Quid ſupereſſe Annonæ credimus Urbibus illis,
In quibus, ut proprium, fixit ſibi Moria Regnum?
Jam pridem plangit ſimplex Cervavia pectus,
Vicinumque Lacum Cornfagia fletibus auget,
Quòd periêre ſui Summâ cum principe Cenſus. (m)
Edicto quanquam cautum foret, atque Senatus-
Conſulto, patrijs fruges avertere Terris:
Nî, quos aut Weilhema ſibi, aut Brunegga Sorores (n)
Mercari Modios veteri pro fœdere vellent;
Cùm ſeges alreutris provenit avarior agris.

VIII.

ESto, inquis, ſtultus: quid tum? quando omnia plena
Stultorum eſſe ferunt Dîæ, Humanæque Cathedræ.
Nil vacûum eſt usquam. Numero te excerpere fruſtra
Niteris. Eſto volens igitur, quod te eſſe neceſſum eſt.
Author. Præclarè iſta mones. Vin' & me pangere verſus
Inſuper, & duplici ceritum plaudere nolâ?
Parebo: quia me modò quinquageſimus annus,
Et Luſtrum pulſant, accommoda tempora bili;
Cùm nigrâ humorem mutat fuligine flavum.
Donec adhuc ſuperant in cano vertice crines,
Et fera regnat Hyems capiti: Vulcania pectus

(m) *Nomina Oppidorum in Palatinatu, & ad Lacum Acronium ſitorum: Hirſchau, & Buchorn: à lepidis illepidisque dictis & factis celebrata.*
(n) *Talia ſunt etiam alia duo: Weilheim in Boicâ, & Brauneggen in Tiroli.*

Sed coquit, & plenis pulmonem follibus inflant
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.
Dum paucos inter dentes superat Genuinus.
Nam quis ferre queat miseræ dispendia chartæ?
Omnis enim Ægyptus patriâ viduata Papyro (o)
Emblemattographis cessit. Jam Mundela (p) raros
Nympha Solœcismos subvectat Matribus, illo
Panniculos dum fonte lavant: Sellæque Patrôcli
Stipantur fœno, pecudes miserante bubulco.

IX.

SEd nunc præcipuè gravis est injuria chartæ:
Nuper enim variis Lex emanavit ab Aulis,
Dans pretium Chartis. Quanti pars quarta tabellæ?
Asse uno. Folium? Quindenis, sive Tricenis,
Aut Sexagenis; prout est merx, quam licitaris,
Vendis, Lite petis. Vin' Librum? pendito nummos
Centum & viginti. Vænit quanti ergo Volumen?
Jam numera dextrâ: (q) quingentis atque duobus.
Tanti igitur Cento, & modico cum glutine calx est?
Haud equidem: sed quæ impressa est Regalis Imago
Principis, ad Rhenum modò frena tenentis. Adoro
Pronus, ais: verùm potuit fortasse minoris
Prædium emi, vel Rus; Mycale, vel parva Seriphus, (r)
Quàm chartæ; quamvis sit pura, & Virgo, volumen.
Plaudite Causidici, quando nunc vestra agitur res.
Balneolum Abbachij, Salæ conducite furnos. (s)
Non Cajus Titio posthac intendere litem,
Non fora vestra volet clamosâ urgere querelâ.
Deseret antestata diu vadimonia Cossus,
Et dimittet Agros; Magalia, tresque Capellas:
Tanti Charta valet, quanto Res, Caussaque constat.
Claudite jam rivos, ICti: (t) *sat prata biberunt.*

X. At

(o) *Primus chartarum usus institutus in Ægypto. Plinius.* (p) *Rivus, Mündelheimium Sueviæ oppidum alluens.* (q) *Veteres in manûs Lævæ digitis numerabant monades seu unitates, & Decades; in dextra verò centenarios & Millenarios. Caussinus de Eloquentia l. 9. c. 8.* (r) *Urbs Cariæ: & Insula in Mari Ægæo, parvitate suâ insignes apud Poëtas.* (s) *Vici sunt infrequentes supra Ratisbonam, in qua urbe cœpta fuit hæc lucubratio: Abbachium autem ab aquis medicatis famam habet.* (t) *Ita Jure-Consulti quodam litterarum compendio se subscribunt ipsi, & plerumque scribuntur ab alijs.*

X.

AT bene; quòd nondum mercedem pendere jussa est,
Seu *Satyra* hæc, sive est *Sermo*, vel *Epistola*: quòdque
Nondum Mercurius vulsis Talaribus hæret,
Ne possit populis mendaci illudere chartâ.
Ad Censum venient, lucrosior Auctio, Vela
Magnarum Thesium, & formâ quâcunque libelli;
Quæque Magisterio, vel primâ Laurea Baccâ
Donatos, populis, Lituo resonante, propinat.
Stoicidæ, moneo, properate excludere fætus,
Si gravido forsan concepta Minerva cerebro est;
Dum licet, ac proles etiamnum libera nasci,
Fasciolisque potest Stokavia (u) sternere cunas.

XI.

Eraſt. QUorsum iterum diversus abis? Huc dirige cursum,
Quò fuit, & propiora datæ lege Littora Metæ?
Persequeris Folium, [hæc tua magna potentia] *ab omni*
Quod rapitur vento: Heroum pertæsus & Artis
Promissæ; tanquam Caussæ Patronus iniquæ,
Dummodo non in Caussâ, optas ubicunque morari. (x)

XII.

Auth. NAm cur non scabiem hanc devitem? Disperam, si
Non potiùs dormire lubet. Suavissima, dicunt,
Vitâ, nihil sapere, atque Amnes sinere ire deorsum:
Omnia mirari, laudare; infectaque factis
Ducere deteriora, nec ultrà perdere Verbum:
Quàm si recta voles vestigia figere Cancros,
Aut lænam Furijs agitato texere Oresti. (y)

XIII.

(u) *Toparchia Collegij Ingolstadiensis, in quâ conficitur charta.*
(x) *Similitudo usurpata Philosopho 3. Rhet. c. 14.* Exordium, *inquit*, tum maximè est necessarium, cùm malam Caussam habemus, aut habere videmur; tum enim ubivis immorari confert magis, quàm in re. Quapropter etiam servi non respondent ad interrogata, sed quæ circa illa sunt, ea dicunt, & exordiuntur. *E Versione Sylv. Mauri.*
(y) *Proverbium inde natum, quòd ob necem Clytemnestræ Matri illatam, de statu mentis dejectus, actusque in furias, vestes sibi dilacerârit. Vide Mythologos.*

XIII.

Eraſt. HUcne iterum? frangésne fidem? *Auth.* Grave id eſt mihi nato
Cis Rhenum, & Rhodanum, Ligerímq;, Ararímq;, Garumnámq;,
Et quam credula Pactorum fiducia Gallis
Teutoniam adjecit, pluresque in Pace Triumphos.
Verùm hoc edico: Tibi quòd conſcribimus uni,
Quæ-fuerint hæc-cunque: alius procul omnis abeſto
Lectorum: ni fortè velis recitare *Colono*,
Cùm vacat. Inde etiam *Pontano*: unaque *Amerino*,
Fabro, *Balthaſari*, & quos Pauperis eſt numerare:
Omnes Sylvigenas, Cælo capita alta ferentes.
Queîs ætate aliâ ſum viſus idoneus Author,
Muſarum Interpres, conducendusque Magiſter.
Ultro alij quærent alijs Oracula Delphis.

SERMO

SERMO II.

ORTUS ET DEFINITIO SYMBOLI PERFECTI.

I.

HUc quoniam ventum eſt, age, conſideamus, ERASTE;
Scis, non longa meos laſſare ſolet via greſſus:
Non quòd aqualiculus me adeò gravet, aut humero Mons
Impoſitus curvet, ridendus & ilia ducam.
Reliquiæ Podagræ triſtes, infractaque Nervis
Virtus, & vigor articulis, ſufflaminat. Olim
Ipſe aderas miſerans verſantem membra grabato,
Tres ſupra tabulas, noctem advigilando moleſtam
Fallere pollicitus, Scriptoris Lector amati.
[Namque magis capior Scriptorum Luce malignâ,
Et, quæ Picturam illuſtrant, nigrantibus umbris.]
Dum referas Librum, recitasque exordia Libri:
Urbem Romam principiò Reges habuêre: (a)
Excidit è manibus Tacitus; ſomnoque labaſcens,
Ipſe magis tacitus, retuliſti cætera ronchis.
Hoc igitur reſide mecum, quem proxima ſternit
Herba, thoro: *fit Homo ſapiens*, mihi crede, *ſedendo.*
Accipe dicta libens, altæque infigito menti.

II.

QUod Cœlum & Terras, & condidit omnia, Numen
Materiem informem, confuſaque ſemina Rerum
Produxit: tum quæque Loco diſcrevit, & Uſu:
Imperfecta jubens perfectum abſolvere Corpus. (b)

(a) *Cornel. Taciti Annal. L. I. Principium: reprehenſum à Scaligero, quòd Hiſtoriam ſcribens, à carmine, ſeu verſu inchoaret.* (b) *Verſus eſt Severini Boëthij lib. 3. de Conſolatione Philoſophiæ. Metro 9.*

Hæc ætas, hæc prima fuit, quam tradimus, Artis
Conditio; nam Nobilitas antiquior Arti
Contigit haud ulli, Stellis Mundoque priori.
Nam duo diviſum traherent cùm in prælia Cælum,
Aligerûm, Bellique Duces: hinc Lucifer, inde
Oppoſitus Michael: ſua quivis Symbola ſcuto
Extulit. ASCENDAM, ambitioſum Teſſera ſignat
Luciferum; at Michaelem QUIS, SICUT DEUS? armat.
Symboliçæ hæc Artis cunabula prima fuêre.
Nunc quoque bellantes, Regnatoresque ſuperbos
Affectat; ſcires ut, quâ ſit origine creta.
Corpus adhuc deerat: ſed erat cæleſtibus illis
Mentibus opportunior, & ſimilis magis, ut quæ
Materiæ nihil, aut terrenæ fæcis haberet.

III.

HInc Pharios delata Lares, Memphitica Regna,
Pyramidas quamvis habitaret, & Atria Regum,
Nil ultra Corpus ſecum attulit illa: relictâ
Parte ſui meliore, Polo. Morum tamen, & quæ
Illius ætatis Sapientia diſcere quivit,
Naturæ præcepta dabat: ſed cognita ſolis,
Qui inſtituêre, Hieroglyphicis; Genti Oedipodarum.
Anne bonas etiam Livor premit improbus Artes,
Doctorum vitio? Nam Simia, Noctua, Serpens,
Sol, Oculus, Coccyx, & Oryx, Phœnixque, Filixque,
Pluraque ſexcentis monſtroſæ Ænigmata Sphingis,
Quid ſibi quæque velint, quid denique dicere muſſent,
Quondam Pierius, Kircherus, & Horus Apollo (c)
Exponent ſeris ætatibus: atque jubebunt
Credere nos, quod divinaverit iſte, vel ille.

IV.

ÆSopus quantò popularior! Æger apud quem
Quadrupedum Princeps ex antro ita farier infit,
Vulpis opem rogitans: ſuccede penatibus, Hoſpes,
Et medicas adhibeto manus: Arteria pulſum
Reddit inæqualem, febrisque exæſtuat ardor.
Huic contrà tales reddit Vulpecula voces,
Et procul abſiſtens: Equidem, Rex magne Ferarum,
Si qua fides Vulpi, ſubit hanc miſeratio mentem;
Et precor, ut vivas. Verùm donare ſalutem,

Haud

(c) *Qui de Hieroglyphicis Ægyptiorum & Obeliſcis ſcripſerunt.*

Haud opis eſt noſtræ. Video, Medici Medicæque
Spectare Introrſum veſtigia, nulla Retrorſum. (d)
Ergo dedit brutis ſermonem Animantibus, ut nos
Bruta minùs gereremus pectora. Nec ſatis illud
Natio adeſt rurſum: Edicit graviter, prohibetque
Ne de SUBJECTO quisquam quid PRÆDICET, illi
Quod non INSIT item. Præſtat nam Lemma Figuræ
Prorſus idem, duo quod ſibi præſtant illa priora:
Quis Mentem Navi, quantumvis ſpiritus afflet,
Ex vero tribuat? Tribuit tamen immeritò ille:
CÆLUM NON ANIMUM MUTAT, qui dixit. At olim
Lemma fuit Commune duûm, quod utrinque reducto
Unco amplectebatur Perſonam atque Figuram:
Unaque utramque pari mordebat fibula nexu.
Heu mihi! quàm multos hodie quoque fallit hic error.
Alterutrum cepiſſe putant Leporem ſatis. Atqui
Mallem vel neutrum; & ſylvas liquiſſe quietas.

XXI.

VErùm aliud, fateor, Translatorum eſt genus: olim
Quod cicur, &, domitâ feritate, emollijt uſus.
Tanquam Urſæ fœtus, dente exarmatus, & ungue,
Verna fit, & gaudet jam colluſore catello.

Quales

(yy) *Ariſtot. 3. Rhet. c. 10. Ejus verba ſunt*: Faciliter diſcere, ac intelligere naturâ omnibus eſt ſuave. *Et paulò inferiùs*: Quare minùs ſuavis, quoniam longior. -- -- Neceſſe igitur eſt, tam dictionem, quàm Enthymemata ea Urbana eſſe, quæ velocem nobis cognitionem faciunt.

Quales vel Melite, vel docta Bononia nanos
Educat, & Nuribus donat gestare Latinis.
Sic bene, quæ Magnete animata sagitta Polarem
Ad Stellam propriè *convertitur:* ASPICIT UNAM,
Dicet: Amansque pari trajectus corda Sagittâ.
Id namque obtinuit pridem; ut, quæ vergit ad Arcton,
Dicatur Regio *spectare*, aut *Respicere:* ut, nî
Intendas aciem, *Translatio* non videatur.
Propria de *Translatis* plurima reddidit Usus,
Propter egestatem Linguæ, & Rerum Novitatem. (zz)

XXII.

PRæterea Eximium hoc Oculis Natura dedit, quô
Unus per cunctos Sensus impune vagetur,
Omnium & occupet officium. Sic mollia tactu,
Suavia Odoratu, Auditu, Gustuque; ea cuncta,
Quin & Consilia, & Curas, & Prædia, Opesque (aaa)
Jam pervulgatâ Catachresi PULCHRA vocamus.
Aspera duntaxat, cave, sit Translatio, & Audax;
Néve petita procul nimis, atque invita sequatur.
Cacus ut Herculeos novus in spelæa juvencos
A caudâ arreptos per vim traxisse puteris:
Quamquàm versa foras spectent vestigia: Clavam
Haud fugies, prodendus ab horrisono reboatu. (bbb)

(zz) *Versus hic est Lucretij lib. 1. de Naturâ Rerum.* (aaa) *Apud Tullium, Virgiliura, Propertium, aliosque.* (bbb) *Virg. Æneid. l. 8.*

SERMO

SERMO VI.
DE ORNATU SYMBOLI.

I.

IAmque Hominem, ut licuit, formavimus, optime ERASTE;
Non qualem ex Atomis, vaſtoque Epicurus Inani (a)
Finxit: Ariſtoteles tuus aut nunc Gymnade in iſtâ
Efformat ſapientior. At *Mentem* tamen ipſi
Nos quoque *Corporibus* dedimus, dum Lemma Figuræ,
Arte Promethæâ, conjunximus. Id ſupereſt nunc,
Ornatum capiant ut Symbola: non muliebrem
Mundum equidem; avertant Superi, ne effeminet Heros
Aut Animum, Corpúsve ſuum! Refert tamen, utrùm
Per medias acies ſudore & ſanguine fœdus,
Terribilisque ruat: vel ludo accinctus Equeſtri,
Innocuæ cieat ſimulacra umbratica pugnæ.
Ut Regi placeat; magis &, quæ ſpectat ab alto,
Auſpiciumque dato fecit Marfiſa (b) colore. (c)
Huic plumæ alludunt, huic aurum intexitur oſtro,
Huic crepitant phaleræ, ſonipes huic ſpumat, & hinnit.

II.

TAles, vel ſimiles capient ſibi Symbola cultus,
Si faciem dignam Imperio, & gravitate decoram
Induerint; veluti tibi multò oſtendimus antè, (d)
Ingentesque animos demonſtrent vel Tria Verba.
Sed tunc præcipuè, ſi ſic aptaveris uni
Ceû *Corpus* proprium, nequeat quod ſurripere alter,

Cuncta

(a) *Vide, ſi lubet, Lucretium Epicuri Diſcipulum, qui particulis hiſce inſecabilibus, & Inani ſeu Vacuo primos duos de Rerum Natura Libros implevit.* (b) *Virago Bellatrix apud Arioſtum in Orlando Furioſo.* (c) *Puellæ Nobiles Amatoribus & Procis ſuis colorem veſtium aut ſagulorum præſcribere ſolent apud Scriptores Amadiſianos. Colorum porrò ſignificationem Symbolicam oxponit P. Cl. Franc. Meneſtrier in Libro, ſeu Tractatu* Des Carrouſels. (d) *Serm. III.*

Cuncta licèt ſolitus mutari in corpora Protêus.
Id tibi præſtabunt Magnorum inſignia Regum:
Nempe Aquilæ, Turres, Leo, Lilia, Tres Leopardi, (e)
Crux Cruciata, Elephas, Rhombi, Cithara, atque Coronæ,
Tranſuerſi Gladij, Merges, Sceptrumque, Pedumque:
Faſciolæ, Pali, vaga Flumina, Sidera, Flores;
Quæque alia Armorum ſexcenta Inſignia Reges (f)
Permiſcent, denſantque. Ratâ ſed Lege, Colorem
Ne quicunque Color, ne quæque Metalla Metallum
Opptimere unquam auſint, aut fortè inſcendere tentent. (g)

III.

AT tibi nil opus eſſe Coloribus, usque memento;
Nec fulvi aut nitidi curâ tangare Metalli.
Eſto Figura ſatis, quam cælatam exhibet Umbo
Delecti Herois, tua cui ſe Symbola comunt.
Felices ambo! ſi, cui tu Symbolum adornas,
Præbeat iſtius tibi Stemma, & Teſſera *Corpus*.

IV.

TU mihi principium Exempli, Dux maximus eſto,
Hanc etiam ad laudem, WALDBURGICE, idoneus Auctor.
Te ſequor, ô noſtræ Gentis Decus, inque tuismet
[Nam mea cuî Vitam poſſit producere Muſa?]
Scriptis, non Geſtis tantùm, brevior quibus ætas
Obvenit, ac Judex rarò viventibus æquus;
Victure æternùm: tua quæ nunc ſcrinia ſervant,
Jamque diu immerito vexat lima improba morſu;
Teque Tibi, & primo Sapientûm denegat Albo.
Plura verecundo reticere Modeſtia labro
Me tua namque jubet, juſtasque abſcondere laudes.
Nondum tantus eras, & eras mirabilis Urbi
Tunc etiam: magno ſuccedere dignus Othoni (hh)
Viſus, Romanoque iterum fulſurus in Oſtro.
Clarior at fulges contempto: id ut aſſequerêre,
Pontificis veniam eblanditus es artibus îsdem,
Queîs alij ad primos vulgò graſſantur honores.

(e) *Notiora hæc ſunt, quàm ut exponi debeant ſingula.* (f) *Armorum Reges ſunt, qui auctoritate publicâ Regum inſignia etiam in veſtibus præferunt, & Viris Nobilibus Teſſeras gentilitias condunt. Germanis appellantur Heroldi, Italis* Rè d'Armi, *Gallis* Herauts *vel* Roys d'Armes.
(g) *De hac lege: ne Color Colori, Metallum Metallo imponatur vide Scriptores Teſſerarios: Petra Sancta. Meneſtr. l'Art du Blaſon. &c. Excipitur Crux Lotharingica, ſeu Hieroſolymitana, Aurea in ſcuto argenteo.*
(h) *Cardinali Auguſtano Othoni Truchſeſio.*

Nam tua Alexandro (i) Sapientia quattuor, unum
Solvendum ob Nodum, Divina volumina donat,
Eſparzâ Doctore, & magno Præſide Sforzâ. (k)
Vîdi ego permiſtos Heroas, & Ipſe etiam illis
Viſus eras: teſtor Romam, Gentemque Togatam.
Quum tu in Concilio Doctorum Doctor & Ipſe,
Symbolum Alexandro ductum ex Inſignibus hujus
Sacrâſti: de Roboreorum (l) ſtemmate Quercus,
Haud duraturas: (m) fruſtra indignante Parente (n)
Principis Etruſci, quem multos ſervet in annos
Sic meritum DEUS! in ſcuto ſpectare dabatur.
Hæ Dodonæas alias, [nam Fabula ſemper
Symbolo amica fuit] Jovis & Reſponſa, Cibumque
Signabant olim ignaris panisque Deique.
Tali ergo Chiſias inſcripſti Lemmate Quercus:
NUNC MELIUS PASCUNT, REDDUNTQVE ORACULA.

V.

- - - - - Sic quos
Una diu geminos Sejanos Gallia vidit,
Purpureâ tutos chlamyde, & Regalibus armis:
Julium (o) & Armandum (p) certatim amplexa fuêre
Symbola: namque Operæ merces aliquando redibat,
Quâ ſine hebent calami, non res, non verba ſequuntur.
Ergo Teſſera Richelij Canterius: (q) idem ut
Suſtentat tecti molem, & vice fungitur æquæ
Ut Normæ, rectâ paries ut ſurgat in altum.
Huic Vates, quicunque fuit: FIRMATQVE, REGITQVE,
Lemma ſuperpoſuit: Prô quantò auferre Talentum
Dignior, alterius quo donatum eſt Epigramma! (r)
Tanti erat è ſolido duo Nomine fruſtra ſcidiſſe.

VI. Ju-

(i) *Alexandro VII. dicati ab eo quatuor Libri Theologici P. Martini de Eſparza, ut veniam impetraret ingrediendi Societatem JESU; quam & obtinuit, ab Innocentio X. antea negatam.* (k) *Sfortia Pallavicinus, poſtea Cardinalis, Diſputationi præfuit, aſſidentibus tribus Cardinalibus Pontificis Legatis.* (l) *Ducum Urbinatium dictorum della Rovere.* (m) *Nam deinde mutârunt Inſignia Chiſij, retentis ſolis monticulis cum imminente Stella.* (n) *Magnâ Duce Etruriæ, Matre M. Ducis hodierni: quæ poſtrema fuit Urbinatium Dux.* (o) *Mazarinum.* (p) *C. Richelium.* (q) *Gallicè Cheûron. in forma Græci Λ. ſed hic accipitur pro duobus tignis, in angulum acutum deſinentibus, quorum uſus eſt in fabricis.* (r) *Erat illud fermè tale: de Richelio & Lutetia, cujus inſigne Navis velifera.* Navire ne crains pas, ton Pilot eſt un Dieu. Jamais ton Anchre n'eſtoit en ſi Riche-Lieu. *O Navis, ne timeas, Navarchus tuus eſt DEus: nunquam tua Anchora fixa eſt in tam opulento loco. Alluſio Gallicæ vocis* Richelieu *Latinè reddi nequit. Dicitur Epigrammatis Auctor non parvâ pecuniæ ſummâ fuiſſe donatus.*

VI.

JUlius at contrà patrio tria ſidera ſcuto
Extulit, Auſonios mediùm ſcindentia Faſces.
Hæc deamans Francæ Rappinus Gloria Muſæ,
Virgilij ſcriptus Tabulis ſucceſſor, & Hæres
Culturæ Hortorum: qui, dum mirabile Carmen
Integrat, (s) & ſimili præcingit tempora Lauro,
Huc vertit calamum; non inferiora ſecutus.
Has, inquam, Stellas purâ ſplendeſcere parmâ
Juſſit, & inſignivit: AB HIS VENIT OMNE SERENUM:
Direptasque iterum Stellas ſuſpendit ab alto,
Obſcurâ ſub nocte, Polo: ſolasque micantes.
Addidit & Carmen: VIGILANT, ET CUNCTA QVIESCUNT.
Hâc Curas, illâ ſignavit Imagine Pacem
Limine in Heſperio, quæ ſub radice Pyrenes (t)
Icta, & conjugio Hiſpanæ firmata Tereſæ. (u)
Unde aliæ, atque aliæ Paces, (x) nova ſemina Belli.

VII.

Eraſt. SIc igitur faciamus, in unum ut Teſſera, Nomenque
Heroëm quadret, ac proprium ſit Symbolum utrinque.
Auth. *Hoc opus, hic Labor eſt: paucis, quos æquus amavit*
Jupiter, aut gremio ſi quos Fortuna Nepotes
Eſt complexa, datur bimarem tetigiſſe Corinthum.
Sidere ſit fauſto natus, cui militet omnis
Sors, & jurati veniant ad Lemmata Caſus.
Purpureos inter Patres Creſcentius horum
Unus erat, quem Pontificis dignatio Sixti
Divitijs, & Honoribus auxerat: utque Cupido
Non metam, aut certos creſcendi denique fines
Conſtituit, medijsque ſitit, ceû Tantalus, undis:
Sic is creſcentem modico curvamine Lunam,
Sixtino Soli objiciens, [id ſtemma duorum.] (y) Et

(s) *Renatus Rapinus Auctor quatuor Librorum, quos* Hortorum *inſcripſit. Quæ Pars in Virgilij Georgicis deſiderabatur.* (t) *Pax Pyrenæa An 1659. concluſa, Miniſtris ac ſequeſtris Mazzarino pro Galliâ, & pro Hiſpaniâ Ludovico de Haros.* (u) *Filiæ Philippi IV. quæ tum deſponſa fuit Ludovico XIV. Regi, è quo matrimonio deinde alijs bellis anſa eſt data.* (x) *Aquisgranenſis, Neomagenſis, & nunc denique Ryſwicenſis.* (y) *Creſcentiorum gentilitia Teſſera hodie quoq; eſt primus Lunæ quadrans, ſeu Cornu. At Pontifici Sixto tribuit P. le Moyne ſolem caudatum in Cometæ modum. Nunc autem in Pontiff. à Roſſio editis Sixto V. tribuitur Leo faſciâ obliquâ è ſiniſtrâ parte diſſectus cum Stellâ, & tribus monticulis, quæ deinceps Montaltiorum fuit Teſſera.*

Luminis incrementum orans, ait: ASPICE, CRESCAM.
Junge Columnenſis (z) Columellam, & *Purpura juxta*
Purpuram erit: (aa) ſimili fulgentis honore Senatûs.
Hæc *Corpusque Animamque* dabit tibi: FULCIT, ET ORNAT.

VIII.

ÆTna quoque Auſoniâ referet de Gente Gelardam,
Flamma ubi cum nivibus conſpirat; Amorque Pudori
Scit ſervare fidem. Dicas: GELAT, ET ſimul ARDET.
Gallica non aliâ ſe pinxit Imagine Sappho, (bb)
Symbolum & ipſa ſibi commenta eſt. Nam quid inauſum
Eximiumque Viris Virgo ingenioſa relinquet?
Solâ hæc Mente valens, languentibus Hectica membris.
[Clarius ex Ipſâ jam *Vinea* nomen habebit]
Hanc ceræ impreſſam [ſunt Symbola & apta Sigillis]
Italico inſcripſit Verſu, (cc) quem reddo Latinum:
FRIGUS ET ARDOR OBEST. Vel: OBEST ARDORQVE GELUQVE.
Nil meliùs Viti, meliùs nil convenit ægris.

IX.

PLura cupis genus hoc? Non ſunt: neque Camine reddi,
Aut Latio ſermone queunt. Nam Gratia quanta eſt
Hiſpanis, Italis, Gallis in vocibus, ultra
Congenitos fines non perfert illa valorem.
Illita ut argento minor, & vulgata Moneta
Nullum extra natale ſolum pretium obtinet: aut ſi-
Quando Receptorem tamen ambit, non alium, quàm
Illis cum Regnis, cui ſint commercia, quærat.

X.

UNgues mordebis, ſcalpes caput, & pede terram
Tundes; non dabit illa homines, (dd) in quos cadat unum
Nomen & *Inſigne*: Etſi multa *Loquacia* (ee) cernas
Scuta Fabrûm, Piſtorum, Textorum, Molitorum,
Ton-

(z) *Hieron. Card. Columna, cujus columna inſigne.* (aa) *Vide Chiliad. Eraſm. 1. Prov. 74.* (bb) *Haic enim Poëtriæ illam æquiparat P. leMoyne Lib. 5. de hac Arte cap. 1.* (cc) *Verſus Italicus hic erat*: Ardor temo, e gielo m'offende. *Cujus explicatio data jam eſt.* (dd) *Dictum Pompeij Magni.* (ee) *Itali vocant* Arme parlanti: *Galli*, Armes parlantes: *cùm videlicet idem rei & figuræ in clypeo expreſſæ nomen eſt. Exemplum afferunt Clathrum reticulatum, Inſigne Regni Navarræ: nam idem eſt Clathrum, &* Na Varra. *Item cùm Perſonæ, Artis cujusdam profeſſionem indicanti, eadem arma ſeu inſtrumenta tribuuntur, ut Fabro malleus: &c.*

Tonſorum, Sartorum, Sutorum, Laniorum. (ff)
Inde quid exſculpes? An ſubula, Malleus, Incus,
Cui Lemma inſcribas, *Corpus* dabit, atque *Figuram?*
Heroëmque monebis, quâ ſit Origine natus.
At nihil eſt opus his: alia ornamenta ſuperſunt,
Haud multùm inferiora prioribus enumeratis:
Æquivoca, Antitheſesque magis, vel *Homonyma Verba.*

XI.

ORdior hinc. Parvis non parva eſt Gratia rebus.
Ergo vide, ut ſimiles modico diſcrimine voces
Efficiant tibi Lemma, [ſatis de *Corpore* dictum eſt]
Par propè queîs ſonus: at non intellectus & idem.
Paucula de multis meliùs te Exempla docebunt.
Accipe Thuribulum: quæ Relligionis Imago eſt,
In Divos Hominesque potens: ſuperaddito Lemma:
DUM FLAGRAT, FRAGRAT. Subeunti Littora Navi:
ET SCOPUS, ET SCOPULUS: ſi quem ſua fortè fefellit
Ambitio, & cæcis alliſit perfida ſaxis
Navifragum in Portu. Jam Papilionis Amator
Quàm ſimilis, tam pàr eſt, verba quoque aſſimilari.
UT POTIAR, PATIAR. Pennas amittit in igne
Alter, & alter opes; ſpecie deceptus uterque.
DUM MORIOR, ORIOR. Rurſus: DUM ORIOR, MORIOR; Sol,
Et Fulgur: Puerum hoc claris Natalibus ortum,
Præreptum Fato in cunis notat: Ille ubi noſtrum
Linquit Horizontem, ſibi quid velit, antè relatum eſt. (gg)
Hac luſiſſe tenus deceat: quid enim ampliùs iſta
Sunt præter luſus verborum, & Litterularum?
Quos ſi etiam procul arceſſas, vel torſeris, ipſe
Luſus eris, tanquam Scythico quæ venerit axe
Sarmatica infanti dependens Stiria Naſo.

XII.

ÆQuivocis eadem debetur cautio. Namque ut
Ancipites gladij punctim feriunt meliùs, quàm
Cæſim, ac ſæpe cadunt in planum, vulnere nullo;
Sic, niſi turgeſcant grandi prægnantia ſenſu
Æquivoca, ut quondam, *naſcetur ridiculus Mus.*
Regibus hæc dones: DONEC TOTUM IMPLEAT ORBEM:
Henrico Gallorum: (hh) UNUS NON SUFFICIT ORBIS:

(ff) *Pervulgata in multis regionibus, Virorum quoque nobilium cognomina.* (gg) *Sermone III.* (hh) *Henrico II.*

Hiſpanoque Philippo: (ii) ORBEM COMPONIT FUNDO:
Seu tu Rappino malis dare, ſeu Maſarino. (kk)
Orbem omnes alio ſumunt in Lemmate ſenſu,
Quàm Pictura dedit. Diverſum Cynthia Cornu,
Diverſum Sonipes, & Circinus exprimit *Orbem*.
Jam ſi ad Convivas, in ſingula fercula quadram
Mutantes, referas: *Unus non ſufficit Orbis*;
Quis feret, ac ſiccum non malit rodere panem,
Et cænare domi, quàm tecum accumbere Rectæ? (ll)

XIII.

ANtitheſis præſtat, magno laudata Magiſtro, (mm)
Et dilecta ſacris nimiùm Oratoribus: ut, dum
Hinc Lucem poſuêre aliquando, protinus Umbram
Opponant, Noctemque Diei, Candida Nigris.
Anne ergo, exclamat nonnemo, Orator & ipſe
Maximus. nn) Heu! noſter quem fecit Penthea (oo)Rhenus.(pp)
Cui Anthropophagi, cui Braſila Terra pepercit (qq)
Necquicquam! Heu Ubio jacet ingens Littore Truncus,
Avulſumque humeris caput, indiſcretaque membra:
Non ipſi, quæ illum peperit, noſcenda Parenti!
Ille igitur, fieríne poteſt, ait, ut duæ in uno
Sermone haud poſſint pacem condiſcere Voces?
At noſtræ Antitheſis, ſi cuiquam, convenit Arti:
Quippe amat hæc Vocum, Bellatrix ipſa, Duellum: :
Quoque magis pugnant, adverſaque ſpicula vibrant,
Hòc magis exultat, magis & ſibi Symbola plaudunt.
OMNIBUS ET NULLI, Speculum. Sol: OMNIBUS UNUS (rr)
UNI CUNCTA PATENT. Idem: PATET OMNIBUS UNUS.
ARDET

(ii) *Philippo II. Prioris Figura erat Luna Creſcens: hujus verò Equus in Hippodromo per circulos ſuos decuerens, & ex uno in alium tranſiliens.* (kk) *Renatus Rapinus compoſuit pro Card. Mazarino, qui pacis cauſa varias Legationes obierat. Huic verò Circinus erat chartæ impoſitus, jam dimidio circulo, ſeu Orbe perfecto.* (ll) *Cæna Recta vocabatur, quæ erat lauta & opipara Suetonius & ex eo Budæus. Raderus quoque in Martialis Lib. 8. Epig. 48. explicans eam Verſum*: Promiſſa eſt nobis ſportula; Recta data eſt. (mm) *Ariſtotelis 3. Rhetoricor. c. 11.* Verùm quantò breviùs & per oppoſitionem dicta ſunt, tantò magis probantur. Cujus rei cauſa eſt, quoniam major diſciplinatio, faciliusque propter oppoſitionem fit; & quoniam paucis, ideo citiùs. (nn) *P. Anton. Vieira Parte I. Conc. I.* (oo) *Quem diſcerpſerunt Bacchæ. Ovid Metam 3.* (pp) *Verſio Latina Coloniensis.* (qq) *Diu vixit inter Braſilos, & in Miſſione, ut vocant, Maragnonenſi, ad flumen dictum: Amazonum. Fuit etiam Braſiliæ Præpoſitus Provincialis, ibique obiit nonagenarius Anno 1697.* (rr) *Symbolum Ludovici XIV: cui & proxima duo attribuit D. Montmor.*

ARDET AB EXTINCTO; Nubes, jam Sole reducto
Sub terram, illuſtris, Viduam teſtatur amantem (ss)
Conjugis erepti. IMMOTUS MOVET. URIT ET ALGET;
Hinc Speculum, Magnes illinc. TERRETQVE, PLACETQVE,
Aſpectu ſpinisque, eadem Roſa. Quæ tria caſtas
Formoſasque decent: pugnantibus omnia verbis
Lemmata, & oppoſitas aptè jungentia voces.

XIV.

OMne feres punctum, ſi commiſcebis in unum
Hæc Tria. Si ſimili tibi verba cadentia fine
Efficient Rhythmum: ceû COMINUS, EMINUS. Inde
Proxima, quæ dicta eſt, cognatio Litterularum,
Æquato modulata ſono: ceû DEFICIT, ATQVE
SUFFICIT: Eclipſi Sol interceptus, & æger
Richelius. Demum duplici pugnantia Marte
Verbaque, Resque. Unum, propriumque Moynius affert (tt)
Exemplum: MORIOR, DUM ORIOR. Facies ſed, ERASTE,
Ne ſolum id poſthac habeamus. Tempus erit mox, (uu)
Romano Conjunx cùm Fatis debita Regi
Ducetur, carosque Patri numerare Nepotes
JOSEPHUS dabit; & Bizantl Regia ſupplex
Auſtriacas Aquilas penitus devicta ſequetur,
Hoc Duce. Cùm Cæſar Terris erit omnibus Unus;
Atque unum Terræ LEOPOLDO Cæſare Regnum.
Tunc deceat feſtos aſſumere Symbola cultus.
Tunc manibus plenis ſemel omnem effundere Gazam,
Sit licèt illa diu, multosque aggeſta per annos.

XV.

EST Genus egregium, quod proxima protulit ætas:
Duplicia Auctores, Antiſtropha Symbola, dicunt.
Hanc tibi, Jane Bifrons, faciem dedit Itala Tellus,
Serpentumque genus Libye creat, Amphiſibænas.
Symbola depoſcunt geminata: Numismata, Nummi,
Pyxidulæ, Vexilla Equitum, Peditum, Ratiumque;
Quin & Flabra Puellarum, Horologumque Metallum.
Denique bina quibus facies erit, omnia Duplex
Emblema admittunt, Artis præceptaque noſtræ.

Illis

(ss) *Fuit hæc Felix Urſina Ducis Mommorantij Conjunx.* (tt) *Petrus le Moyne lib. 4. c. 15. de l'Art des Deviſes.* (uu) *Scripta hæc fuerant anno proximè præcedente Pacem cum Turcis initam Carlowiſij, & ante Nuptias Regis Romanorum Joſephi, cum Principe Hannoveranâ.*

Luminis incrementum orans, ait: ASPICE, CRESCAM.
Junge Columnenſis (z) Columellam, & *Purpura juxta*
Purpuram erit: (aa) ſimili fulgentis honore Senatûs.
Hæc *Corpusque Animamque* dabit tibi; FULCIT, ET ORNAT.

VIII.

ÆTna quoque Auſoniâ referet de Gente Gelardam,
Flamma ubi cum nivibus conſpirat; Amorque Pudori
Scit ſervare fidem. Dicas: GELAT, ET ſimul ARDET.
Gallica non aliâ ſe pinxit Imagine Sappho, (bb)
Symbolum & ipſa ſibi commenta eſt. Nam quid inauſum
Eximiumque Viris Virgo ingenioſa relinquet?
Solâ hæc Mente valens, languentibus Hectica membris.
[Clarius ex Ipſâ jam *Vinea* nomen habebit]
Hanc ceræ impreſſam [ſunt Symbola & apta Sigillis]
Italico inſcripſit Verſu, (cc) quem reddo Latinum:
FRIGUS ET ARDOR OBEST. Vel: OBEST ARDORQVE GELUQVE.
Nil meliùs Viti, meliùs nil convenit ægris.

IX.

PLura cupis genus hoc? Non ſunt: neque Camine reddi,
Aut Latio ſermone queunt. Nam Gratia quanta eſt
Hiſpanis, Italis, Gallis in vocibus, ultra
Congenitos fines non perfert illa valorem.
Illita ut argento minor, & vulgata Moneta
Nullum extra natale ſolum pretium obtinet: aut ſi-
Quando Receptorem tamen ambit, non alium, quàm
Illis cum Regnis, cui ſint commercia, quærat.

X.

UNgues mordebis, ſcalpes caput, & pede terram
Tundes; non dabit illa homines, (dd) in quos cadat unum
Nomen & Inſigne: Etſi multa *Loquacia* (ee) cernas
Scuta Fabrûm, Piſtorum, Textorum, Molitorum,

Ton-

(z) *Hieron. Card. Columna, cujus columnæ inſigne.* (aa) *Vide Chiliad. Eraſm. 1. Prov. 74.* (bb) *Haic enim Poëtriæ illam æquiparat P. le Moyne Lib. 5. de hac Arte cap. 1.* (cc) *Verſus Italicus hic erat*: Ardor temo, e gielo m' offende. *Cujus explicatio data jam eſt.* (dd) *Dictum Pompeÿ Magni.* (ee) *Itali vocant* Arme parlanti: *Galli,* Armes parlantes: *cùm videlicet idem rei & figuræ in clypeo expreſſæ nomen eſt. Exemplum afferunt Clathrum reticulatum, Inſigne Regni Navarræ: nam idem eſt Clathrum, &* Na Varra. *Item cùm Perſonæ, Artis cujusdam profeſſionem indicanti, eadem arma ſeu inſtrumenta tribuuntur, ut Fabro malleus: &c.*

Tonſorum, Sartorum, Sutorum, Laniorum. (ff)
Inde quid exſculpes? An ſubula, Malleus, Incus,
Cui Lemma inſcribas, *Corpus* dabit, atque *Figuram?*
Heroëmque monebis, quâ ſit Origine natus.
At nihil eſt opus his: alia ornamenta ſuperſunt,
Haud multùm inferiora prioribus enumeratis:
Æquivoca, Antitheſesque magis, vel *Homonyma Verba.*

XI.

ORdior hinc. Parvis non parva eſt Gratia rebus.
Ergo vide, ut ſimiles modico diſcrimine voces
Efficiant tibi Lemma, [ſatis de *Corpore* dictum eſt]
Par propè queîs ſonus: at non intellectus & idem.
Paucula de multis meliùs te Exempla docebunt.
Accipe Thuribulum: quæ Relligionis Imago eſt,
In Divos Hominesque potens: ſuperaddito Lemma:
DUM FLAGRAT, FRAGRAT. Subeunti Littora Navi:
ET SCOPUS, ET SCOPULUS: ſi quem ſua fortè fefellit
Ambitio, & cæcis alliſit perfida ſaxis
Navifragum in Portu. Jam Papilionis Amator
Quàm ſimilis, tam par eſt, verba quoque aſſimilari.
UT POTIAR, PATIAR. Pennas amittit in igne
Alter, & alter opes; ſpecie deceptus uterque.
DUM MORIOR, ORIOR. Rurſus: DUM ORIOR, MORIOR; Sol,
Et Fulgur: Puerum hoc claris Natalibus ortum,
Præreptum Fato in cunis notat: Ille ubi noſtrum
Linquit Horizontem, ſibi quid velit, antè relatum eſt. (gg)
Hac luſiſſe tenus deceat: quid enim ampliùs iſta
Sunt præter luſus verborum, & Litterularum?
Quos ſi etiam procul arceſſas, vel torſeris, ipſe
Luſus eris, tanquam Scythico quæ venerit axe
Sarmatica infanti dependens Stiria Naſo.

XII.

ÆQuivocis eadem debetur cautio. Namque ut
Ancipites gladij punctim feriunt meliùs, quàm
Cæſim, ac ſæpe cadunt in planum, vulnere nullo;
Sic, niſi turgeſcant grandi prægnantia ſenſu
Æquivoca, ut quondam, *naſcetur ridiculus Mus.*
Regibus hæc dones: DONEC TOTUM IMPLEAT ORBEM:
Henrico Gallorum: (hh) UNUS NON SUFFICIT ORBIS:

(ff) *Pervulgata in multis regionibus, Virorum quoque nobilium cognomina.* (gg) *Sermone III.* (hh) *Henrico II.*

Hiſpanoque Philippo: (ii) ORBEM COMPONIT FUNDO:
Seu tu Rappino malis dare, ſeu Maſarino. (kk)
Orbem omnes alio ſumunt in Lemmate ſenſu,
Quàm Pictura dedit. Diverſum Cynthia Cornu,
Diverſum Sonipes, & Circinus exprimit *Orbem*.
Jam ſi ad Convivas, in ſingula fercula quadram
Mutantes, referas: *Unus non ſufficit Orbis*;
Quis feret, ac ſiccum non malit rodere panem,
Et cænare domi, quàm tecum accumbere Rectæ? (ll)

XIII.

ANtitheſis præſtat, magno laudata Magiſtro, (mm)
Et dilecta ſacris nimiùm Oratoribus: ut, dum
Hinc Lucem poſuêre aliquando, protinus Umbram
Opponant, Noctemque Diei, Candida Nigris.
Anne ergo, exclamat nonnemo, Orator & ipſe
Maximus. nn) Heu! noſter quem fecit Penthea (oo)Rhenus.(pp)
Cuî Anthropophagi, cui Braſila Terra pepercit (qq)
Necquicquam! Heu Ubio jacet ingens Littore Truncus,
Avulſumque humeris caput, indiſcretaque membra:
Non ipſi, quæ illum peperit, noſcenda Parenti!
Ille igitur, fieríne poteſt, ait, ut duæ in uno
Sermone haud poſſint pacem condiſcere Voces?
At noſtræ Antitheſis, ſi cuiquam, convenit Arti:
Quippe amat hæc Vocum, Bellatrix ipſa, Duellum: :
Quoque magis pugnant, adverſaque ſpicula vibrant,
Hòc magis exultat, magis & ſibi Symbola plaudunt.
OMNIBUS ET NULLI, Speculum. Sol: OMNIBUS UNUS (rr)
UNI CUNCTA PATENT. Idem: PATET OMNIBUS UNUS.

ARDET

(ii) *Philippo II. Prioris Figura erat Luna Creſcens: hujus verò Equus in Hippodromo per circulos ſuos decuerens, & ex uno in alium tranſiliens.* (kk) *Renatus Rapinus compoſuit pro Card. Mazarino, qui pacis cauſa varias Legationes obierat. Huic verò Circinus erat chartæ impoſitus, jam dimidio circulo, ſeu Orbe perfecto.* (ll) *Cæna Recta vocabatur, quæ erat lauta & opipara Suetonius & ex eo Budæus. Raderus quoque in Martialis Lib. 8. Epig. 48. explicans eam Verſum*: Promiſſa eſt nobis ſportula; Recta data eſt. (mm) *Ariſtotelis 3. Rhetoricor. c. 11.* Verùm quantò breviùs & per oppoſitionem dicta ſunt, tantò magis probantur. Cujus rei cauſa eſt, quoniam major diſciplinatio, faciliusque propter oppoſitionem fit; & quoniam paucis, ideo citiùs. (nn) *P. Anton. Vieira Parte I. Conc. I.* (oo) *Quem diſcerpſerunt Bacchæ. Ovid Metam 3.* (pp) *Verſio Latina Colonienſis.* (qq) *Diu vixit inter Braſilos, & in Miſſione, ut vocant, Maragnonenſi, ad flumen dictum: Amazonum. Fuit etiam Braſiliæ Præpoſitus Provincialis, ibique obiit nonagenarius Anno 1697.* (rr) *Symbolum Ludovici XIV: cui & proxima duo attribuit D. Montmor.*

ARDET AB EXTINCTO; Nubes, jam Sole reducto
Sub terram, illuſtris, Viduam teſtatur amantem (ss)
Conjugis erepti. IMMOTUS MOVET. URIT ET ALGET;
Hinc Speculum, Magnes illinc. TERRETQVE, PLACETQVE,
Aſpectu ſpinisque, eadem Roſa. Quæ tria caſtas
Formoſasque decent: pugnantibus omnia verbis
Lemmata, & oppoſitas aptè jungentia voces.

XIV.

OMne feres punctum, ſi commiſcebis in unum
Hæc Tria. Si ſimili tibi verba cadentia fine
Efficient Rhythmum: ceû COMINUS, EMINUS. Inde
Proxima, quæ dicta eſt, cognatio Litterularum,
Æquato modulata ſono: ceû DEFICIT, ATQVE
SUFFICIT: Eclipſi Sol interceptus, & æger
Richelius. Demum duplici pugnantia Marte
Verbaque, Resque. Unum, propriumque Moynius affert (tt)
Exemplum: MORIOR, DUM ORIOR. Facies ſed, ERASTE,
Ne ſolum id poſthac habeamus. Tempus erit mox, (uu)
Romano Conjunx cùm Fatis debita Regi
Ducetur, carosque Patri numerare Nepotes
JOSEPHUS dabit; & Bizantl Regia ſupplex
Auſtriacas Aquilas penitus devicta ſequetur,
Hoc Duce. Cùm Cæſar Terris erit omnibus Unus;
Atque unum Terræ LEOPOLDO Cæſare Regnum.
Tunc deceat feſtos aſſumere Symbola cultus.
Tunc manibus plenis ſemel omnem effundere Gazam,
Sit licèt illa diu, multosque aggeſta per annos.

XV.

EST Genus egregium, quod proxima protulit ætas:
Duplicia Auctores, Antiſtropha Symbola, dicunt.
Hanc tibi, Jane Bifrons, faciem dedit Itala Tellus,
Serpentumque genus Libye creat, Amphiſibænas.
Symbola depoſcunt geminata: Numismata, Nummi,
Pyxidulæ, Vexilla Equitum, Peditum, Ratiumque;
Quin & Flabra Puellarum, Horologumque Metallum.
Denique bina quibus facies erit, omnia Duplex
Emblema admittunt, Artis præceptaque noſtræ.

Illis

(ss) *Fuit hæc Felix Urſina Ducis Mommorantij Conjunx.* (tt) *Petrus le Moyne lib. 4. c. 15. de l'Art des Deviſes.* (uu) *Scripta hæc fuerant anno proximè præcedente Pacem cum Turcis initam Carlowiſij, & ante Nuptias Regis Romanorum Joſephi, cum Principe Hannoveranâ.*

Illis ergo duplex debetur campus, utrinque at
Corpus idem, ſeu, quæ nobis eſt dicta, *Figura*:
Mens alia: & melior, ſi ſecum Lemmata pugnent,
Non ſolùm diverſa, ſed & contraria prorſus.
Hoc Regno ſeſe *Æquivoca*, *Antitheſesque* locârunt,
Invidiam extra omnem poſitæ, ſolæque triumphant.
Nam, ſi alia interdum veniunt ad Symbola, eorum
Hoſpitio utuntur duntaxat: verùm habitant hâc,
Quâ nec abeſſe queunt Antiſtropha Symbola, ſede.

XVI.

ARdua res, inquis, ſed eò laudatior. Unus
Gallus Homo, effinxit Montmorus plura ducentis, (xx)
Prorſus ad hanc formam, & præſcriptam Symbola Legem.
Solem igitur Regi, ſolito de more, dicando,
Prudentem pariter Lodoicum, munificumque hâc
Expreſſurus Imagine, ait: VIDET OMNIA PRIMUS.
Altera tum facies inſcripta: VIDETQVE, FOVETQVE.
Idem ut terreſtres trahit in ſublime vapores,
Et velum inde ſibi: COLLECTIS DEFICIT. Idem &
SPLENDET AB EFFUSIS. Ita vectigalia cogit
Ægro animo, at læto in pluviam & benefacta reſolvit.
Huic geminum, dictumque ſuprà: PATET OMNIBUS UNUS.
UNI CUNCTA PATENT. Geminũ hoc quoq;: QVANTA PATENT! ſed
PLURA LATENT. Neque tu jam plura Exempla require.

XVII.

QUin magis hoc agis, & totâ contendis opum vi,
Ut tua præcipuè *Mirabile* Symbola adornet,
Quo ſine nec perfecta putes, nec digna Theatro,
Nî Novitate ſupercilium ſpectantis in arcum
Curvent, attonitumque ſolo Admiratio figat;
Non animadverſam ob Naturæ Proprietatem,
In re Senſibus expoſitâ, & triſtiſſimâ ab uſu.
Dulce etenim Mirabile, dulce Scientia lucrum eſt. (yy)

XVIII.

PLurima ſunt, quorum Translatio in æquore ſummo
Innatat, ut facili detur comprêndere dextrâ.
Verùm alia in fundo ſubſidunt: ut precioſa
Quæque ſolent, poſcuntque oculum urinantis acutum.

His

(xx) *Id quod de D. Montmor prædicat P. le Moyne lib. 2. de Arte c. 10.*
(yy) *Ariſtotel. 1. Rhetor c. 11.* Diſcere quoque & admirari jucundum ut plurimùm eſt. In admirando enim diſcendi cupiditas ineſt: quare Admirabile deſiderabile eſt.

His è *Translatis* grande hoc *Mirabile* ſurgit.
Clariùs Exemplis ſententia noſtra pateſcet:
DAT PRETIUM CANDOR. NON VULTUS, NON COLOR UNUS (zz)
Quæ ſimul agnoſcas, ſimul admirêre, probesque.
Sic parva infractas ridens Arbuſcula Pinus,
Ventorum furijs meliùs CEDENDO RESISTIT;
Egregiâ cautam demonſtrat Imagine Mentem,
Compoſitam adverſâ cum Sorte, atque Hoſte potenti;
Arte magis declinat, quàm vim viribus exit.

XIX.

INgenioſior at reliquis *Affectibus* iſto
Regnat Amor ludo. Qui dedignante Puellâ
Irriſum ſeſe, pulſum, abjectumque dolebat,
Neſcius obdurare: is vivæ comparat ipſe
Se Calci, infundens quam Lympha accendit, aitque:
UROR ET A GELIDA. (aaa) Eventus mirandus utrinque.
At non alterius minùs eſt mirabile acumen,
Cui Triton celſæ vigilans in culmine Turris,
Seu, qui hodie mos eſt, ferrum verſatile, parvi
Inſtar Vexilli; aut funeſti cauda Cometæ,
Index ventorum, & Jocus, & Levitatis Imago,
Delecta eſt Fidei conſtantis Teſſera, Amorisque
Exemplum æterni: quis crederet? Is tamen inquit:
NON MUTOR, NISI MUTENTUR. Miracula jactet
Ægyptus ſua, Pyramides, nec non Babylona:
Aſſiduum nam quid præter ſunt iſta laborem,
Ingeniumque humero & cæmenta vehentis eodem?
Et pridem iſta jacent ævo conſumpta: ſed illud
Ære perennius, &, vivent dum Symbola, vivet.

XX.

Eraſt. INterpellandi locus eſt: *Mirabile Falſum*
Conveniat noſtræ, quam mox abſolveris, Arti?
Dogmaticorum Sforza Stylo dum condere naſum (bbb)
Apparat, hanc Miri ſpeciem dat habere Poëtis.
Quippe Imitatores cùm ſint, natique creandæ

(zz) *Dictum prius de Unione ſeu Margarito, ſecundum de Luna ſemper variante.* (aaa) *Lemma eſt Italicum*: E Fredda m'accende. *Ut & proximum fuit Hiſpanum*: No mudo, ſi no mudan. (bbb) *Sfortia Pallaviciuus Tractatu de Stylo. c. 17. quo loco agit de Mirabili falſo prolixè, atque ut ſolet, ſubtiliter ac doctè.*

Quâ-re-cunque voluptati; non dedecet, inquit,
Hoc fuci genus, & pompoſa Sophismata. Nec plus
Poſcit Epos, Comœdia, ſive Tragœdia, quàm ſi
Fictа voluptatis cauſâ ſint proxima veris: (ccc)
Vera, neceſſe nihil: Phidiam laudatque Marini: (ddd)
Verè tu DEUS es mihi: nam vitam dare ſaxis
Solus, qui DEUS eſt, quît. Translatum eſt: *Dare vitam Marmoribus.* Sculptoris laus & maxima. Numen
Non ideo hinc facies propriâ ratione loquendi,
Qualem ſaxa Jovem, humanos mollita per artus,
Deucalionæis manibus jactata, probârunt.

XXI.

Auth. FOrtiter at contrà depugnat Ariſtius, & cûi
Colloquitur comes Eugenius: (eee) Mirabile nullum,
Nî ſit idem Verum, agnoſcunt. Hinc damnat uterque
Quæſtori aptatum, & ſervantem Poma Draconem.
Quid mirum eſt, ajunt; ſi SERVAT, ET ABSTINET illis,
Quando nemo Draco ſolvit jejunia Pomis?
Aurea ſint licèt, Heſperidum & Dos tota Sororum,
Ergo illis potior Stator Canis, atque Bocharto,
Quæſtori quoque, ſed fato meliore, tributus. (fff)
Ille ubi Perdices anguſtum clauſit in orbem,
Siſtere contentus, Domini & ſupponere reti,
Ac ſervare gulæ: ipſe ſuam fraudat, cohibetque.
Quippe cui Perdix vel ſic ſatis eſſet edulis,
Citrina nulla requirens Mala, vel Archimagirum,
ABSTINET INVENTIS; tantùm: nam FIDUS abundat,
Aut poſitum non ſede ſuâ, cruce figitur altâ.
Elige, quem mavis: utrinque Probabilis Auctor,
Cauſſaque par: niſi quod Sententia tutior illa eſt,
Quæ inclementior, & rigido conformior ævo.

XXII.

SEd Translatio plus etiam Virtutis habebit,
Si rem quamque oculis [propter quod nempe reperta eſt]
Subjiciat, penitusque animo defigat, (ggg) Apelle,
Parrha-

(ccc) *Horatius de Arte Poëtica: cujus etiam hic verſus eſt.* (ddd) *Dixerat nativâ ſibi linguâ Marinus Italus*: Tu pur Dio ſei: che Dio ſol può dar vita a'marmi. (eee) *Jo.Bohours* Entretien d'Eugene & d'Ariſte. *Diſſertatione VI.* (fff) *Vide dicta ſuperiùs Sermone V. Num. 16. de hoc Bocharti Symbolo.* (ggg) *Ariſtotel. 3. Rhet. c. 11.* Præ oculis igitur ponunt, quæcunque ſignificanter geri aliquid oſtendunt. &c.

Parrhaſioque potentiùs: etſi ſesquipedem alter
Exſtare è Tabula dextram, Fulmenque triſulcum,
Fecerit, ac volucres alter deceperit Uvâ. (hhh)
Nil ſanè vel Pictor habet præſtantius in ſe,
Vel Translatio habet, Naturæ proxima quàm ſi
Accedant, quæ ſive oculis ſpectanda dabuntur,
Sive Animo, Rebusque aliâ dent vivere vitâ.
At Vitam Rebus præſtat ſuper omnia Motus.
Ergo nulla tibi, fac, ceſſet Imago, ſituque
Torpeat ignavo: ſed, quà licet, Actio cunctas
Excitet, atque animet, campoque immittat aperto. (iii)
Quæ volat intrepidis media inter fulgura pennis,
Plus Aquilæ Jovis Ales habet: meliusque Leonem
Ille refert, Tigridem qui mole ſupinat, & ungue,
Atque cruentatas agit intra viſcera fauces;
Quàm ſi quisque ſuâ immotus ſtatione ſederet.
Actio ut eſt Oratori primum, atque ſecundum,
Et quoties quæres, numeros impleverit omnes,
Symbola ſic animare eadem, atque attollere ſuevit.

XXIII.

SErmonem monitis placet obſignare duobus;
Queîs te, quosque voles, bonus excuſabis Amicos,
Non ad perfectam ſi veſtra dolâſtis Amuſſim
Symbola: ſed videas aliquid, quod in Arte laboret:
Sint tibi, ſint alijs mæſti ſolatia caſûs,
Harum quod magnus fabricator Imaginum Amico (kkk)
Ingenuè eſt faſſus: Peponum inſtar Symbola habere.
Quippe probum è centum ut poſſis vix excipere unum.
Plus aliquid, tanquam è Tripode, ex Adytisque Sibyllæ,
Clarus apud Francos Sêclo anteriore Malherba
Dicitur edixiſſe: quibus vita omnis in uno
Symbolo adornando fuerit conſumpta, beatos.
At notum pariter, quod Parthenopæus eidem
Condidit Elogium, meliorque Poëta Marinus: (lll)
Humidius nil Naturam, nil ſiccius ejus
Ingenio effinxiſſe, aut poſſe effingere Muſas.

(hhh) *Plin. Hiſt. Nat. l. 35. c. 10.* (iii) *Ariſtot. loco citato Textu 3.* Verùm hæc in Imaginibus etiam comprobatis de rebus inanimatis fit: ſuſpenſos fluctus: moveri enim & vivere cuncta oſtendit. Actio autem hæc mutatio, ſeu Translatio eſt. (kkk) *J. Bohours Diſſertatione citatâ, ſeu Dialogo inter Eugenium & Ariſtium.* (lll) *Jo. Baptiſta Marinus Neapolitanus celebris apud Italos Poëta. Hoc autem illius de Malherba, Poëta Gallo, judicium refert P. le Moyne Tractatûs citati lib. 1. c. 11.*

SERMO VII.
DE
SYMBOLI VITIIS.

I.

AUgiæ Stabulum, labor ultimus Herculis, (a) inſtat:
Si conjunx Thebana recenſuit ordine cunctos;
Obruta nec numero, permiſcuit ultima primis.
Hic certè meus eſt, turpis licèt atque moleſtus,
Supremus labor, & Muſæ cura ultima noſtræ.
Addixêre operam Fauni, Satyrique bicornes.
Nam ter mille boum, ter denos aucta per annos,
Stercora Pieridum non ſunt vacuanda quaſillis.
Implebunt illi cophinos, latisque per agros
Vectabunt humeris, Bacchi Cererisque ſaginam.
Quòdſi operoſa nimis, diuturnaque cura videri
Incipiet, cunctas immiſſo flumine ſordes
Euxinum in Mare devolvam, mergamque profundo.
Nec minor, aut levior debetur ſpongia multis.
Ignoſcenda tamen ſi quando Symbola peccent,
Accipient veniam, inque alios ſervabimus uſus.

II.

PRæteriti, meminiſſe potes, non pauca notârunt
Sermones peccata, ut Symbola quæque dabant ſe,
Legibus aut Jovij pugnantia, vel Rationi
Rectæ: quæ demum eſt Artis ſuprema Magiſtra.
Reſtant nunc, quos neutrius cura ulla remordet,
Contentos pinxiſſe, atque inſcripſiſſe *Figuram*,
Quæcunque illa fuat, fatuo concepta cerebro:
Et quod Lemma dedit Calepinus, Nizoliúsve,
Ulneri, Vallæque Phraſes; Rhapſodiaque omnis
Usquam conferſit, pueris ſolatia bardis.

Non

(a) *Seneca in Herc. Furente. Actu II. ubi Megara omnes Conjugis ſui labores ordine recenſet, & Augiæ Stabulum ultimo loco memorat.*

Non Res, non Homines, non ſe, non denique cuncta
Metiri ſoliti, fuſtem pro laude merentur.

III.

PRincipiò: quæcunque Emblemata, Symbola, cernes
Plures unâ Animas ſeu Lemmata habere [videbis
Autem non rarò] Faunis committe ferenda.
Quot radios Sol emittit, Speculoque reflectit,
Tot videas voces, totidem & reſponſa remitti:
Dextrorſumque, ſiniſtrorſumque, iterumque deorſum,
Atque iterum ſurſum: per quincuncem, vel in orbem,
Mox in transverſum rectà, rurſum inque decuſſim
Andreæque Crucem. Demum omnia conſcribillant;
Ut toties verſanda tibi ſit charta patens, quot
Aſtrologus vicibus Sphæram mutatque, rotatque.
Merx hæc invitâ ſubnavigat Hippocrene. (b)
Qualis ubi adverſis ſubeunt longo ordine Naves,
Aut Salzâ aut Iſtro, gravidæ ſale: vix bene ſummis
Extantes undis, prolapſuræque retrorſum:
Nî validis religata oneraria funibus eſſet
Omnis, & à ripâ ter denis juncta caballis
Suſtineat ſeſe, ac venientem everberet amnem.
Incedit torvum ripis pendentibus agmen,
Centauri, Lapithæque omnes; quos quernea ſella
Accipit iliceos: Durum Genus! At neque totum
Vox Hominem ſonat: exululant, flagroque loquuntur.
Reſponſant valles, & fracta remurmurat unda.
Diffugiunt Nymphæ, & trepidæ velamina poſcunt,
Atque Actæonij memores dant tergora caſûs. (c)

IV.

INterdum jungunt Anagrammata, Acroſticha, Gryphos,
Et quod Mechanici deſpumant Phlegma Poëtæ,
Geſtantes humeris cerebrum, ingeniumque ſub alis.
Verùm apud hos Regnum obtinuêre Chronoſticha. Magnum id,
Id palmare putant, ſi quando Barbara CLIDMUX (d)
Præſentem Sêcli retulit, quem vivimus, Annum:
Litterulis ita diſpoſitis, ut vertice toto
Emineant alijs aliæ, inſultentque jacentes;

(b) *Fons Poëtarum, quem fingunt Equi, Pegaſi dicti, ungulâ excitatum in monte Parnaſſo, ſede Muſarum. Vocatur item Aganippe, Caſtalis &c. Vide Mythologos.* (c) *Ovid. Metamorph. lib. 3.* (d) *Vox nova compoſita è Litteris numeralibus, quibus Chronographi utuntur, & ipſa Chronoſticha conſtant.*

Aëriæ ut depreſſa ſolent viburna Cupreſſi.
Claudere quòdſi etiam potuêre Chronoſticha Verſu,
Tum verò Pæana canunt, ter Jo! quater Jo!
Conclamant: ceû qui Romanis arcibus olim
Trojugenam Æneam, *Terris jactatum, & in Alto,*
Intulerint; Fratresque ſuo quemque igne cremârint
Thebanos, idem quanquàm rogus ureret ambos. (e)
Usque adeò hâc ſibi Dote placent, ut, ſi optio detur,
Non totâ mutare velint Æneide Verſum.
Nec tamen ille alium ſupereſt victurus in Annum,
Sed *Lunas inter Veteres* jacet, atque jacebit.
Quid facient iſto, Sêclum qui terminat, Anno,
Orditúrve novum: certè contingit utrumque?
Quis labor excipiet miſeros? Quis ſudor ad imos
Manabit talos, cùm Littera longa, Cruces, &
Cornua deficient! Elementaque quattuor uni
Sufficient Anno, (f) numerum indignata puſillum?

V.

ID metuens, longè antè ſuo de Nomine Faſtos
Anglipolita Typographus inſignivit, & Annum
Oſtermayranum ventura in Secula miſit. (g)
Dîs & Cæſaribus Menſes ſacravimus: Eja!
Quid ſupereſt; ſolidum quando hic ſibi vindicat Annum?
Iſte tamen Faſtos, Menſesque, Diesque reliquit
Ordine quemque ſuo, & cæleſtia ſigna, Planetas:
Permiſſis, faceret quas, Tempeſtatibus, Uxor.

VI.

VErùm illi nihil immotum, nihil eſſe ſitum, quo
Diſpoſuit Natura loco, patiuntur. Ab undis
Exiſtunt Ignes: Arces medio Aëre pendent,
Alatumque Elephanta, ſuâ cum Turre volantem,
Admittunt Portis, inſcripto Lemmate: TARDE.
Quod jam prodigium eſt, ſi ſit funambulus idem,
Et ponat certos digitali in tramite greſſus?
Si Citharæ chordas ſolidâ increpet ungulâ Aſellus?
Rana vibrans gladium, clypeataque provocet Hoſtem,

Mæoniam

(e) *Thebais Poëma Statij, cui argumentum eſt Bellum inter Eteoclem & Polynicem fratres, quorum odia ne in morte quidem deſierunt; nam, cùm eidem rogo impoſita fuiſſent illorum corpora, duplici flammâ arſerunt.* (f) *MDCC. In quo Litteris I. X. V. niſi ſæpiſſime repetantur, locus non eſt.* (g) *Anno 1665. erat illud ferme tale:* geDrVCt zV IngoLſtatt beII Iohann oſterMaIr.

Mæoniam & renovet si Batrachomyomachiam; (h)
Matutina galericulo si Stella rubenti
Tecta caput? Duo si nucibus lusere Gigantes.
Denique cum socio Alcides si oscillet Atlante?

VII.

FIngimus hæc? Vidi: clamat Tassonus, (i) & Ipse
Vidi, centimanos Briareos, atque Mimantas;
Cùm jam Pindum Othry imposuissent, Pelion Ossæ,
Ultimus in Cælum gradus & restaret Olympus
Scandendus, vel mittendus: cêu Fulmine jacto,
Oppressos Thesium solijs, Placitisque Lycei,
Procubuisse solo, & vastâ jacuisse ruinâ.
Tam grave pondus habet conscripta lacinia chartæ!
Fulminibus parcat jam Jupiter, & gladium Mars
Condat vaginâ: tutabitur Astra Papyrus.

VIII.

VErùm age, quale Chaos, quanta est confusio rerum!
Conveniunt Tabulâ Pollux & Castor eâdem,
Quos unà nunquam vel Sol, vel Cynthia vidit.
Eclipses geminæ: Sol exoriensque, cadensque.
Delia Stellarum, Frater dum altissimus, Agmen
Explicat: atque Polum populis ostendit utrumque.
Non Anni, Mundique vices, non tempora constant.
Algenti flavent segetes sub Sidere Capri;
E Nivibus Rosa consurgit, Pomona superbit,
Musta fluunt, Thuscus ne quis desideret undam
Egelidam, postquam successit Frigida Caldæ. (k)
Denique quod nusquam, aut usquam est, hîc cetne: nec absunt,
Qualia vel Naso, vel protulit Africa, Monstra.

IX.

CAlloti nullus dudum est Antonius: (l) Etsi
Ingenium quicquid Lotharingi invenit & Orci,
Ridiculum, absurdum, Tabulâ aggestum sit in unâ.

Ille

(h) *Poëmation Homeri Bellum inter Ranas & Mures gestum continens, quod & Jacobus Balde Latinè scripsit.* (i) *Poëta Italus in Poëmate suo dicto:* de Raptu Situlæ *pleraque ista inepta Symbola refert. Cantu 3.*
(k) *Veteribus solenne fuit, merum miscere aquâ calidâ. Plinius, Martialis &c.* (l) *Jacobi Calloti Lotharingi Pictoris nobilissimi Tabula grandior, tentatum à Dæmone S. Antonium Abbatem graphicè repræsentans.*

Ille Colubrinam è Stygio feciſſe Colubro
Contentus: nam quæ muratio promptior? Huic &
Librator debebatur Dæmunculus: atqui
Addidit inſignem naſo, gibbo, & pede querno.
Ille à poſticâ, didicit velut Arte Magiſtrâ,
Parte ferens reſtim ignitam, catus admovet. Ardet
Exemplo Catapulta; tonat, vomit ore Draconis
Bombardas alias, longasque brevesque fariſſas.
Quarum aliquâ transfixus opem & moriturus Alaſtor
Inclamat Senis: &, ſocij miſereſcere porci,
Supplice voce rogat, follis quem turgidus inflat,
Verſus in hanc ſpeciem, cognato Schemate, Dæmon.
Illinc cum Anſeribus trabeata Ciconia Carmen
Concinit ad pluteum, natibus quem præſtat obeſis
Alter de grege Tænario: cavet inſuper idem,
Ut ne mole ſuâ Liber in declive trahatur;
Contorquens caudam, quodam velut attinet unco.

X.

RIdes iſta? magis quorundam Symbola ride.
Urget propoſitum, & nusquam Callotus aberrat:
Illi iter ingreſſi, ſimul ac cœpêre, relinquunt;
Plurimaque admiſcent, forſan bona, *ſed nihil ad rem.*
Paginam utramque alijs faciunt Rapæ, Raphanique,
Ollæque, & Mactræ, Trullæ, Sartago, Lebetes,
Peniculum, Situlæ, Palæ, Cucumæque, Veruque:
Quæque referre pudet, nigræ inſtrumenta Culinæ;
Spectantisque ſuâ tingunt fuligine mentem.
Ite boni Satyri; procul hanc, procul hinc Camarinam, (m)
In quam Curtius inſilijt, deferte Cloacam. (n)

XI.

Eraſt. ECce iterum Damaſippus adeſt: ſeque ingerit ultro
Partibus, & Crepidam calvo à ſutore recentem
Oſtentat longè, redolentem ipſumque, picemque.

Quid

(m) *Camarina Palus cognomini in Sicilia civitati adſita cùm graveolentiâ ſuâ peſtilentiara crearet, conſuluerunt Cives Apollinem, an eam penitus exſiccarent. Reſpondit Oraculum.* Μὴ κίνει καμαρίναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. *Camarinam ne moveto, nam immota præſtat. Non paruerunt cives; itaque hoſtes per ſiccum irruentes, civitatem everterunt. Brietius ad Annum Mundi 3502. eadem res proverbio locum dedit: quod vide apud Eraſmum in Chiliad.* (n) *Curtius Equus Romanus ad ſedandam peſtem, quæ per Urbem graſſabatur, in immanem hiatum ſe cum equo præcipitavit. Livius lib. 7.*

Auth. Quid mihi cum crepidâ, inquam, me niſi calceus urat,
Aut lecto cùm me compono, corripioque?
Anné etiam è crepidis nobis jam Symbola fient?
Dam. Fient, ne dubita, valdeque Heroica: lentum eſt,
Fient: facta ſcias, etiam à me: nec ſine plauſu
Cunctorum, quotquot mihi convixêre ſodales;
Audi. Vaticinus, cujusque Oracula ſemper
Eventus firmare ſolebat, erat celebrandus
Indigetum quidam. Multùm ſudavimus omnes,
Ut tantam aptâ efformaremus Imagine Dotem.
Dum vello barbam, ferio occiput, & pede terram
Pulſo, pedem & retraho: crepida excidit. Ilicet omnes
Diffugêre umbræ: mens clarâ in luce refulſit.
Εὕρον: clamavi. Superi faviſtis! Inanis
Quidnam aliud Crepida exſpectat, quàm rurſus eodem,
Vel ſimili pede repleri? Rectèque Stagirâ
Ortus, Alexandri Præceptor, *Inutilis*, inquit,
Calceus eſt; *poſſit quem nemo inducere plantæ.* (o)
Appoſitè in rem præſentem. Lanfrance, (p) quid hæres?
Pinge mihi Crepidam, nullus quam carpere Sutor (q)
Audeat. Inſcribe: IMPLENDA EST, pro Lemmate; carmen
Quò brevius, melius. Sic & Prædicta Prophetæ
Compleri, meliùs te nulla docebit Imago.
Auth. O te felicem, naſcuntur ſub pedibus cûi
Symbola! Præcipitato gradum, tecum ambulat omnis,
Symbolice: quicquid calcaveris, hoc Schola fiet,
Atque Magiſterium. *Dam.* Laudas? tamen iſta Solocem
Tela refert, aliud tibi ſi ſubtilius edam.

XII.

Auth. EDe, precor, per quicquid amas; guſtumque recentem
Exſatura: mihi jam manare ſaliva palato
Incipit, expoſcitque novo à te Embammate tergi.
Dam. Rectè prorſus ais, generis nam, quod petis, hujus
Quidpiam erit, niſi præ liquidis mihi ſicca placerent.
Non mihi, ceû multis, longè argumenta petuntur:

(o) *Sententia Ariſtotelis eſt*: Fruſtra eſt Calceus, cujus non eſt calceatio. *lib. 1. de Cælo. Textu 32.* (p) *Nomen Pictoris egregij Neapolitani, quæ in urbe hoc Symbolum fuit ſpectatum Anno 1671. cum aliijs duobus; altero, de quo ſuprà Serm. 5. & de quo mox infrà. Hujus verò Lemma erat*: Ut impleatur. (q) *Ut ille quondam Veneris ab Apelle pictæ ſandalia. Unde natum Proverbium.* Sutor ne ultra crepidam. *Plinius Lib. 35. cap. 10. Et ex eo Eraſmus in ſuis Chiliadibus.*

Aëriæ ut depreſſa ſolent vibutna Cupreſſi.
Claudere quòdſi etiam potuêre Chronoſticha Verſu,
Tum verò Pæana canunt, ter Jo! quater Jo!
Conclamant: ceû qui Romanis arcibus olim
Trojugenam Æneam, *Terris jactatum, & in Alto,*
Intulerint; Fratresque ſuo quemque igne cremârint
Thebanos, idem quanquàm rogus ureret ambos. (e)
Usque adeò hâc ſibi Dote placent, ut, ſi optio detur,
Non totâ mutare velint Æneide Verſum.
Nec tamen ille alium ſupereſt victurus in Annum,
Sed *Lunas inter Veteres* jacet, atque jacebit.
Quid facient iſto, Sêclum qui terminat, Anno,
Orditúrve novum: certè contingit utrumque?
Quis labor excipiet miſeros? Quis ſudor ad imos
Manabit talos, cùm Littera longa, Cruces, &
Cornua deficient! Elementaque quattuor uni
Sufficient Anno, (f) numerum indignata puſillum?

V.

ID metuens, longè antè ſuo de Nomine Faſtos
Anglipolita Typographus inſignivit, & Annum
Oſtermayranum ventura in Secula miſit. (g)
Dîs & Cæſaribus Menſes ſacravimus: Eja!
Quid ſupereſt; ſolidum quando hic ſibi vindicat Annum?
Iſte tamen Faſtos, Menſesque, Diesque reliquit
Ordine quemque ſuo, & cæleſtia ſigna, Planetas:
Permiſſis, faceret quas, Tempeſtatibus, Uxor.

VI.

VErùm illi nihil immotum, nihil eſſe ſitum, quo
Diſpoſuit Natura loco, patiuntur. Ab undis
Exiſtunt Ignes: Arces medio Aëre pendent,
Alatumque Elephanta, ſuâ cum Turre volantem,
Admittunt Portis, inſcripto Lemmate: TARDE.
Quod jam prodigium eſt, ſi ſit funambulus idem,
Et ponat certos digitali in tramite greſſus?
Si Citharæ chordas ſolidâ increpet ungulâ Aſellus?
Rana vibrans gladium, clypeataque provocet Hoſtem,
Mæoniam

(e) *Thebais Poëma Statij, cui argumentum eſt Bellum inter Eteoclem & Polynicem fratres, quorum odia ne in morte quidem deſierunt; nam, cùm eidem rogo impoſita fuiſſent illorum corpora, duplici flammâ arſerunt.* (f) *MDCC. In quo Litteris I. X. V. niſi ſæpiſſime repetantur, locus non eſt.* (g) *Anno 1665. erat illud ferme tale*: geDrVCt zV IngoLſtatt beII Iohann oſterMaIr.

Mœoniam & renovet si Batrachomyomachiam; (h)
Matutina galericulo si Stella rubenti
Tecta caput? Duo si nucibus lusêre Gigantes.
Denique cum socio Alcides si oscillet Atlante?

VII.

FIngimus hæc? Vidi: clamat Tassonus, (i) & Ipse
Vidi, centimanos Briareos, atque Mimantas;
Cùm jam Pindum Othry imposuissent, Pelion Ossæ,
Ultimus in Cælum gradus & restaret Olympus
Scandendus, vel mittendus: cêu Fulmine jacto,
Oppressos Thesium folijs, Placitisque Lycei,
Procubuisse solo, & vastâ jacuisse ruinâ.
Tam grave pondus habet conscripta lacinia chartæ!
Fulminibus parcat jam Jupiter, & gladium Mars
Condat vaginâ: tutabitur Astra Papyrus.

VIII.

VErùm age, quale Chaos, quanta est confusio rerum!
Conveniunt Tabulâ Pollux & Castor eâdem,
Quos unà nunquam vel Sol, vel Cynthia vidit.
Eclipses geminæ: Sol exoriensque, cadensque.
Delia Stellarum, Frater dum altissimus, Agmen
Explicat: atque Polum populis ostendit utrumque.
Non Anni, Mundique vices, non tempora constant.
Algenti flavent segetes sub Sidere Capri;
E Nivibus Rosa consurgit, Pomona superbit,
Musta fluunt, Thuscus ne quis desideret undam
Egelidam, postquam successit Frigida Caldæ. (k)
Denique quod nusquam, aut usquam est, hîc cetne: nec absunt,
Qualia vel Naso, vel protulit Africa, Monstra.

IX.

CAlloti nullus dudum est Antonius: (l) Etsi
Ingenium quicquid Lotharingi invenit & Orci,
Ridiculum, absurdum, Tabulâ aggestum sit in unâ.

Ille

(h) *Poëmation Homeri Bellum inter Ranas & Mures gestum continens, quod & Jacobus Balde Latinè scripsit.* (i) *Poëta Italus in Poëmate suo dicto:* de Raptu Situlæ *pleraque ista inepta Symbola refert. Cantu 3.*
(k) *Veteribus solenne fuit, merum miscere aquâ calidâ. Plinius, Martialis &c.* (l) *Jacobi Calloti Lotharingi Pictoris nobilissimi Tabula grandior, tentatum à Dæmone S. Antonium Abbatem graphicè repræsentans.*

Ille Colubrinam è Stygio feciſſe Colubro
Contentus: nam quæ muratio promptior? Huic &
Librator debebatur Dæmunculus: atqui
Addidit inſignem naſo, gibbo, & pede querno.
Ille à poſticâ, didicit velut Arte Magiſtrâ,
Parte ferens reſtim ignitam, catus admovet. Ardet
Exemplo Catapulta; tonat, vomit ore Draconis
Bombardas alias, longasque brevesque fariſſas.
Quarum aliquâ transfixus opem & morituras Alaſtor
Inclamat Senis: &, ſocij miſereſcere porci,
Supplice voce rogat, follis quem turgidus inflat,
Verſus in hanc ſpeciem, cognato Schemate, Dæmon.
Illinc cum Anſeribus trabeata Ciconia Carmen
Concinit ad pluteum, natibus quem præſtat obeſis
Alter de grege Tænario: cavet inſuper idem,
Ut ne mole ſuâ Liber in declive trahatur;
Contorquens caudam, quodam velut attinet unco.

X.

RIdes iſta? magis quorundam Symbola ride.
Urget propoſitum, & nusquam Callotus aberrat:
Illi iter ingreſſi, ſimul ac cœpêre, relinquunt;
Plurimaque admiſcent, forſan bona, *ſed nihil ad rem.*
Paginam utramque alijs faciunt Rapæ, Raphanique,
Ollæque, & Mactræ, Trullæ, Sartago, Lebetes,
Peniculum, Situlæ, Palæ, Cucumæque, Veruque:
Quæque referre pudet, nigræ inſtrumenta Culinæ;
Spectantisque ſuâ tingunt fuligine mentem.
Ite boni Satyri; procul hanc, procul hinc Camarinam, (m)
In quam Curtius inſilijt, deferte Cloacam. (n)

XI.

Eraſt. ECce iterum Damaſippus adeſt: ſeque ingerit ultro
Partibus, & Crepidam calvo à ſutore recentem
Oſtentat longè, redolentem ipſumque, picemque.

Quid

(m) *Camarina Palus cognomini in Siciliâ civitati adſita cùm graveolentiâ ſuâ peſtilentiara crearet, conſuluerunt Cives Apollinem, an eam penitus exſiccarent. Reſpondit Oraculum.* Μὴ κίνει Καμαρίναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. *Camarinam ne moveto, nam immota præſtat. Non paruerunt cives; itaque hoſtes per ſiccum irruentes, civitatem everterunt. Brietius ad Annum Mundi 3502. eadem res proverbio locum dedit: quod vide apud Eraſmum in Chiliad.* (n) *Curtius Eques Romanus ad ſedandam peſtem, quæ per Urbem graſſabatur, in immanem hiatum ſe cum equo præcipitavit. Livius lib. 7.*

Auth. Quid mihi cum crepidâ, inquam, me niſi calceus urat,
Aut lecto cùm me compono, corripioque?
Anné etiam è crepidis nobis jam Symbola fient?
Dam. Fient, ne dubita, valdeque Heroica: lentum eſt,
Fient: facta ſcias, etiam à me: nec ſine plauſu
Cunctorum, quotquot mihi convixêre ſodales;
Audi. Vaticinus, cujusque Oracula ſemper
Eventus firmare ſolebat, erat celebrandus
Indigetum quidam. Multùm ſudavimus omnes,
Ut tantam aptâ efformaremus Imagine Dotem.
Dum vello barbam, ferio occiput, & pede terram
Pulſo, pedem & retraho: crepida excidit. Ilicet omnes
Diffugêre umbræ: mens clarâ in luce refulſit.
Εὕρον: clamavi. Superi faviſtis! Inanis
Quidnam aliud Crepida exſpectat, quàm rurſus eodem,
Vel ſimili pede repleri? Rectèque Stagirâ
Ortus, Alexandri Præceptor, *Inutilis*, inquit,
Calceus eſt; *poſſit quem nemo inducere plantæ.* (o)
Appoſitè in rem præſentem. Lanfrance, (p) quid hæres?
Pinge mihi Crepidam, nullus quam carpere Sutor (q)
Audeat. Inſcribe: IMPLENDA EST, pro Lemmate; carmen
Quò brevius, melius. Sic & Prædicta Prophetæ
Compleri, meliùs te nulla docebit Imago.
Auth. O te felicem, naſcuntur ſub pedibus cûi
Symbola! Præcipitato gradum, tecum ambulat omnis,
Symbolice: quicquid calcaveris, hoc Schola fiet,
Atque Magiſterium. *Dam.* Laudas? tamen iſta Solocem
Tela refert, aliud tibi ſi ſubtilius edam.

XII.

Auth. EDe, precor, per quicquid amas; guſtumque recentem
Exſatura: mihi jam manare ſaliva palato
Incipit, expoſcitque novo à te Embammate tergi.
Dam. Rectè prorſus ais, generis nam, quod petis, hujus
Quidpiam erit, niſi præ liquidis mihi ſicca placerent.
Non mihi, ceû multis, longè argumenta petuntur:

(o) *Sententia Ariſtotelis eſt*: Fruſtra eſt Calceus, cujus non eſt calceatio. *lib. 1. de Cælo. Textu 32.* (p) *Nomen Pictoris egregij Neapolitani, quâ in urbe hoc Symbolum fuit ſpectatum Anno 1671. cum aliijs duobus; altero, de quo ſuprà Serm. 5. & de quo mox infrà. Hujus verò Lemma erat*: Ut impleatur. (q) *Ut ille quondam Veneris ab Apelle picta ſandalia. Unde natum Proverbium.* Sutor ne ultra crepidam. *Plinius Lib. 35. cap. 10. Et ex eo Eraſmus in ſuis Chiliadibus.*

Sylva domi eſt: meliorque mihi dat Lemmata Vates,
Non obſervatus vulgò; etſi Penſa Diurna
Dum Myſtæ toties perſolvimus, obviet ultro.
Nunc adhibeto Animum. Bili jecur eſſe ſecundam
Veſicâ à Fellis ſedem, quaque acriùs ardet,
Nôſti, teque tui docuêre Poëmata Flacci. (r)
Inſuper & didiciſſe potes, Jecur ut magè veſcum
Reddatur, pingui viridis quòd ſalvia lardo
Conveſtita, veruque infixa jecuſcula acuto,
Accipiat, lentis ſubigantur ut omnia flammis.
His poſitis [nec enim rem tantam exponere paucis
Debuimus: multumque Herôis Ethica diſtant
Symbola, ſi neſcis; Doctrinæ plus cohibent hæc.]
His, inquam, poſitis, doceo, ſubſtringere Bilem
Nos precibus ſolis, & non ſine Numine poſſe.
Ergo deſcriptam pinxi, inſcripſique Figuram:
MORBIDUM ADURE JECUR. (s) Quid ais, ſuaviſſime rerum?
Auth. Quid dicam? Stupeo. *Dam.* At Theſaurus, Areſius, Ipſe
Eſſe ſuum vellet Jovius, Pater Artis, & Auctor.

XIII.

Auth. ARbitror: & grates tibi ago pro munere tanti &
Talis Amuleti: indigeo ſæpe; & mî etiam nunc
Exedit Irâ jecur. Sed, pace tuâ, Damaſippe,
Dictum eſto: ſi quid deſidero præterea. *Dam.* Quid?
Nugaris: pridem hic tuus eſt mos. *Auth.* Haud equidem nunc.
Cur non & geminos junxiſti Dæmonas? *Dam.* Alter
Nempe, veru qui verſaret; qui infunderet, Alter,
Nempe adipem, velles? *Auth.* Nequaquam: falleris. Alter
Te ut ferat hinc, adeò ſtultam qui protuleris rem;
Alter me, quia ſuſtinui te audire furentem
Tempore tam longo. Dicent tibi cætera Fauni.
Supremumque vale. Ad cænam me abducit Eraſtus.

XIV.

(r) *Horatius paſſim Jecur ad iram transfert, ut:* Bile tumet jecur. Jecur ulcerat &c. *Et Juvenalis.* Siccum jecur arſerit Irâ.
(s) *Scripſerat Damaſippus, eodem quo dicebam Anno:* Jecur adure morbidum: *deſumptum ex Hymno Sabbati ad Matutinum:* Lumbos Jecurque morbidum Flammis adure congruis.

XIV.

Eraſt. QUin imus, cænoque pedem ſubducimus iſto?
Danda eſt & laſſis aliquando vacatio Faunis.
Non hæc Symbola: Majeſtatis Crimina læſæ
Divinæ, Humanæque puto. Quis enim eſt adeò excors,
Talibus inquinet ut chartas, niſi ſit Damaſippus?
Auth. Sanè. Alij peccant leviùs, veniamque reportant,
Suppliciúmve minus; quæ, dum proficiſcimur ad te,
Exequar; & ſupereſt via, materiesque loquendi.

XV.

ET primùm toto, velut ajunt, Symbola Cælo
Exerrant, quibus aut *Simile* aut *Translatio* deſit:
Namque eſt illorum hæc *Eſſentia* propria: utrumque
Translatum & *Simile*; ut tibi declaravimus antè. (t)
Hoc Vitium Magnis ſe Regibus inſinuavit.
Franciſci ut Sphæris: UNUS NON SUFFICIT ORBIS. (u)
Et tribus Henrici Terraque Poloque Coronis;
Quarum Terra duas, ætherque remotior unam
Commonſtraverat inſcriptam: MANET ULTIMA CÆLO.
Fœdere vel ſacro juncti: MANET ULTIMA CLAUSTRO,
Dicebant, & erat Translata Corona futura,
Tonſoris tornata manu. Vellemus, abeſſet,
Teutones, hæc tantùm Carolinis ruga Columnis:
His equidem Herculeæ præſtò eſt *Collatio* Metæ,
Ultra quam Magni provecta eſt Gloria Regis:
Sola deeſt *Translatio*. Habent ſed Symbola quædam
Majus neſcio quid, quàm multa exculta per Artem.

XVI.

ET graviter peccant, quæ, quod pinxêre, ſuismet
Singula nominibus compellant Lemmate. Tanquam
Non foret hæc vidiſſe ſatis. Lautrecchius iſto
Nomine plectendus: niſi jam Cajeta ſepulchro
Texiſſet, Fumosque unà tumulâſſet & Ignes
Fuxenſis Furni, bis ſe referentis eundem:
MAGNUS UBI IGNIS, ERIT FUMUS QVOQVE NON MINOR; inquit. (x)

(t) *Sermone III.* (u) *Franciſci I. duæ Sphæræ Terraquea & Cæleſtis. Tres Coronæ Henrici III. Galliæ Regum.* (x) *Odetus Comes Fuxenſis, Dominus de Lautrec captus in Bello Italico ab Hiſpanis, & Cajetam abductus, ibique mortuus. Lemma fuit Italicum*: Dove è gran fuoco, è gran fumo.

Eraſt. Anné Reum perages, Sciatherica Machina ſi cui
Inſcripta Heroi fuerit? NON LUMINE TANTUM.
Sive: UMBRA HAUD SOLI CEDIT. Vel: LUMINE SIGNAT. (y)
Auth. Parce metu: Satyris nihil hîc licet. Atque memento
Dictorum. (z) Partem expreſſæ appellâſſe *Figuræ*
Nil vetat; at totam verbis retuliſſe *Figuram*,
Flagitium eſt ingens. Veluti qui particulas, quas
Grammatici *Demonſtrativas* nominitârunt,
Adjungunt Rebus, protenſoque Indice ſignant.
Et, quæ perſonam *Simili* latitare volenti
Importuna Adverbia diripiunt: *Ita: Sic: Ceû.*
Heu mihi! quot Cophinos implebunt Symbola Faunis,
Quæ ſunt, quæque fuêre, ac poſtera proferet ætas!
His igitur, Satyriſce, humeros ſuppone vehendis.
Nil opus, artificum te nomina noſcere, quorum
Purgamenta effers: prodent ſe forſan odore.

XVII.

LActea queîs placuit via, multi: HAC ITUR AD ASTRA.
HOC ITER AD SUPEROS; dixerunt protinus. Ipſum hoc
Inſcripſêre Libro, ſed neſcio, cûi: *Paradiſus*
Nî fuit hic *Animæ*. Jam Crux: HÆC SEMITA CÆLI.
Flos quoque deſertæ Clyties: (aa) HOC LUMINE VIVO.
Papilio: HAC PEREO QVAM DEPEREO. Lapis inde
Lydius: HOC UNO VIRTUSQVE FIDESQVE PROBATUR.
HUJUS AD EXEMPLUM; Jeſſeæ Virginis Icon.
HOS LUX PRIMA FERIT; Chiſios intellige Montes,
Sole relucentes. HOC ASPIRANTE VIREBIT;
Opperiéns Hortus venientis flabra Favonî.
HAC PEREUNTE PERIT; cùm deſerit Anchora Navim.
HIS EGO SUSTENTOR; ſpinoſo Carduo Acanthis
Inſidens canit. Et Clavis: jam HÆC OSTIA PANDET.
Mirum, nî pandat, ſolido quam juſſerit Auctor
Ex auro fieri: tanquam id non ferrea poſſet.

XVIII.

ACcipe docta magis, quæ Lectio multa paravit,
Natura omniparens ſua queîs Arcana retexit.
Ut pullos Aquila excludat: Lapide eſt opus hoc, quem
Natu-

(y) *J. Jac. Trivultius Princeps Amalphitanus, ſuam in virtutis ſtudio æmulationem etiam cum Rege ſignificare volens. Alterum eſt Abbatis Ferri.* (z) *Serm. V.* (aa) *Heliotropium, in quod Clytie à Phœbo deſerta ex amoris impatientiâ converſa fuit apud Ovid. lib. 4. Metam.*

Naturæ Hiſtorici græcè dixêre Aëtiten. (bb)
Hunc nido imponens: HOC MATURABITUR; inquit
Mater Avis, teque ad Scriptorem, cui lapis alter,
Aut quivis, nomen dedit, (bb) incubitura remittit.
Clara coaxantes vicinâ ex arbore Lampas
Compeſcit Ranas; unde: HAC LUCENTE SILEBUNT.
Dicent Aſtrologi, cæleſtis ſub Canis ortum
Terreſtres fugitare Lupos, ſeque abdere Silvis.
Stultus ego id Soli dederam hactenus, atque Dici.
Albanum ergo Ducem qui fugit Orangius, iſto
Schemate adumbratus cuîdam eſt, cum Lemmate tali:
HOC ORIENTE FUGIT. Nullum tamen Alba Moloſſum
Geſtabat clypeo. Mallem, hunc Aurora fugâſſet,
Quæ juxtà Auſonijs & Iberis *Alba* vocatur.

XIX.

QUi peccant *Simili expreſſo*, non parciùs implent
Corbes, quàm pingui lolium ſuccreſcit in agro.
Ereptum fratrem doctè dolitura Virago
Nobilis, Eclipſi Lunæ ſe non malè confert
Illa quidem: breviùs, *Simili* ac ſi diſſimulato
Luxiſſet: ſed ait: SIC RAPTO LUMINE FRATRIS
DEFICIMUS. (cc) Ferrum: SIC A RUBIGINE TUTUM,
Impoſitum flammis inſcripſit. Per Mare Navis
Siſtere quæ curſum remis, velisque ruentis,
Parva Echenei, ſoles: SIC FRUSTRA. Sed, qui *Alium* ſe
Sæpe vocat, pejus: SIC PARVIS MAXIMA CEDUNT.
Hoc habet hic *Alius* proprium ſibi, ut aut bona perdat,
Aut mala deteriora, errorem erroribus addens,
Efficiat. Picolominei Teſtudo GRADATIM,
Seu PEDETENTIM duntaxat pro Lemmate habebat:
SIC FESTINANDUM; hic *Alius* ſuperaddidit Heros.
Quæ ſera Virgineam referebat garrula Matrem,
Permiſtis ita Litterulis, atque ordine nullo
Inter ſe junctis, Verbum ut niſi redderet unum,
Laxari impatiens, Verbo ſe panderet uni:
UNI [inſcripta] PATET VERBO. Mox unus & alter
Adrepens, corrupit ſenſum, aut torſit iniquè:
PANDITUR AD VERBUM; Alter ait. Quæ Inſcriptio utrinq;
Aut non convenit, aut veteri eſt incognita Romæ.

(bb) *Ad hujus lapidis virtutem demonſtrandam teſtes allegat Picinellus P. Cornelium à Lapide, & Ælianum, inſpiciendos videlicet Symbolum hoc intelligere volenti.* (cc) *Verſus erat Pentameter*: Sic rapto Fratris lumine deficimus.

Deteriùs, quem dixi, *Alius*, velut aſſolet: UNO
VERBO RECLUDOR. (dd) Quis noſtrûm hoc neſcijt? At nil
Hoc ad Propoſitum, neque Conceptum Marianum.
Verùm his continuò Satyri tria Tigna parabunt,
Recta duo: & transverſum unum, qui Symbola furto
Avertunt Dominis Plagiarij. At eſſe boni qui
Nec Fures nôrunt, mercesque clependo alienas
Corrumpunt, propriâ, & magis altâ ſunt Cruce digni.
Quales ad Rhenum Genti attolluntur Hebrææ,
Aut quæ, quindemûm cubitorum, excepit Amanem.

XX.

Hîc ſedeant mihi Minos, & Rhadamanthus ad Urnam;
Æacus expromat, quæ Fors Fortuna Reorum
Nomina prima dabit, cauſamque orare jubebit.
Interea pergant creſcentia ducere fila
Atropos & Lacheſis; lentataque ſtamina Clotho
Torqueat in Reſtem, collis furacibus aptam.
Principiò ante omnes, primusque Moynius exit.
Hîc mirari omnes, proprijs neque credere certi
Luminibus: muto ſtat Curia fixa ſtupore.
Ergo iterum poſcunt chartam, ſpecularia naſo
Imponunt equites, mucis hirquosque repurgant;
Inſpiciunt iterum, verſant infraque ſupraque.
Prô Hominum Superûmque fidem! exclamat Rhadamanthus;
Ille ergo oppoſito nuper Cato Tertius Orbe,
Acer, & indomitus, Cenſor, Momusque Deorum:
Sævius & noſtro qui erexerat antè Tribunal;
Totque Viris dixitque diem, laqueumque vadatis
Mandavit: Repetundarum nunc poſcitur? Actor
Quis verò? Emmanuel Theſaurus? (ee) Non equidem; nam
Iſte ſuam Cauſſam, facile eſt meminiſſe, peregit.
Cujus adhuc ſtrigilem Furiarum Maxima ſervat.
Ergo, infert Minos; Italus, Germanus, Iberus;
Horum aliquis certè; Cato quos hic Francicus omnes,
In cumulum, inſtar habet caſſæ nucis, atque ſuperbo
Proculcat Gentes totas pede. Fallimur, inquit
Æacus: adſcriptus tergo eſt *Menetrerius Actor*, (ff)
Idem Gallus Homo, & glebâ formatus eâdem.

Furto-

(dd) *Vitioſa hæc Symbola deprompta ſunt è Mundo Symbolico Philippi Picinelli, Latinè reddito, in opere autem Italico non habentur eorum pleraque.* (ee) *Abbas Theſaurus acerrimâ Invectivâ vindicavit ſe à Cenſurâ hujus Scriptoris.* (ff) *Claudius Franciſcus Meneſtrier Libro ſingulari des Carrouſels pag. 259.*

Furtorum Indiculum ſimul adjecit bene fartum.
Producit Tabulas, Leges, Chirographa, Teſtes,
Forficulas, Limas, Scalpella, Emplaſtra, Colores:
Cunctaque celandis, faciendisque arma rapinis.

XXI.

QUin legimus. Chici repetit Granata Coronam, (gg)
Translatam in Latium: MEA MECUM NATA CORONA
Non ſua Majeſtas Reges defendit ab iſto EST.
Autolyco: non Reginas reverentia ſexûs:
MATRE VIAM MONSTRANTE.(hh) Patri hic donavit eandem
Dêinde Aquilam, Delphino Pullum: utrumque bis uni:
Nunc Aquila eſt, nuper qui Pullus. Pontificésne
Credimus intactos? non ſunt. Non Fulmina terrent
Vaticana Hominem. Urbano (ii) qui Sol fuit antè
IDEM ALIUSQVE; huic: NUNQVAM ALIUS. Solemq; latere
Poſſe putans, quem Dux inſcripſerat antè Niverni:
NEC RETROGRADIOR, NEC DEVIO: conrinuò Iſte
Verſaliam ad Regem miſit: NEC CESSO, NEC ERRO.
Margaridem Auſtriacam Partu, Vitaque ſolutam
Rettulit Aurora, haud indigno Lemmate juncto:
DUM PARIO, PEREO. Arte opus hîc fuit, ingenioque,
Ut tegeret Furtum. Cunis abſcondit acerbâ
Infantis nece prærepti; Fulgurque repente
EXORIENS, MORIENS: Verbis expreſſit ijsdem. (kk)
Sic catus, adverſis quem creſcere viderat Ignem
Ventorum flabris, Medicææ Emblema Mariæ: (ll)
CRESCIT AB ADVERSIS. Ad ſolem hic tranſtulit, atris
Obſeſſum nebulis, Majorisque inſtar habentem, &:
MAJOR AB ADVERSIS huic dictus. Areſius, alter
Hujus poſt Jovium Pater aut Nutricius Artis,
Ungues evaſit? minimè. Admirabile cujus
Inventum, Elogiumque, Dei ſacrata Parenti
Virgineæ: QVIA RESPEXIT: quodque Ipſa videtur
Concinnâſſe ſibi; cùm propria Verba miniſtret:

Con-

(ff) *Claudius Franciſc. Meneſtrier Libro ſingulari des Carrouſels pag. 259.*
(gg) *Rex Chicus Granatenſis Malum punicum ſeu Granatum habet apud ſcriptorem Belli Granatenſis Hiſpanum, cum Lemmate*: Con la Corona Naci: *cum coronâ ſum natus.* (hh) *Factum primò hoc Symbolum, Regnum adminiſtrante Ludovici XIV. Matre. Subinde idem à Moynio aptatum eidem Regi, & Delphino ejus filio.* (ii) *Urbani VIII. Symbolum fuerat cum dictâ inſcriptione*: Idem & Alius. (kk) Dum orior, morior. *Moynius.* (ll) *Fuerat eadem Rectrix Galliæ poſt Regis mortem, ac multis adverſis exercita, eoque illuſtrior.*

Contendens ſeſe cum Nube, Parelia cùm fit.
Hanc Italo invidit, rapuitque Moynius. At non
Ut Nubem, decus & laudem quoque. RESPICIO, inquit,
Cur? UT PERFICIAR. SEQVITUR DESERTA CADENTEM,
Dixerat olim alius: ſolem ut ſerotina Stella,
Virgo eadem Natum crudeli morte peremptum.
Protinus hic aliam, vulgaris opinio Stellam
Quam dicit cecidiſſe, profanum avertit in uſum,
Ejus, quem Fortuna gradu dimoverat Aulæ,
Et Rex mutatus: SEQVITUR LUX MAGNA CADENTEM.

XXII.

IDem Seguerij Cancellos fregit (mm) Abactor:
Auſus furtivum Lodoico obtrudere ſolem.
NUSQVAM DEVIUS; hic. Alter: NEC DEVIUS UNQVAM.
Non gutta eſt guttæ, non ovum æqualius ovo.
Italiam repetit; Solem nam ſolus habere
Vult, ubicunque niteſcit. NULLA EST META LABORUM,
Dixerat ille: ſui iſte ſtatim jubet eſſe Monarchæ:
NUSQVAM EST META MIHI. Queritur Ferrus ſibi raptum:
METIOR IMMENSUM. (nn) Nam quantũ eſt Horologam inter
Machinulam, ſive illa ſono, ſive indicet umbrâ
Horas, diſrimen? Non eſt in Lemmate majus:
CUIQVE SUUM METITUR. At, hoc quis crederet? ipſam
Quin etiam, quæ Homini tantùm non Barbara Terra eſt,
Teutoniam invaſit; Labroſchos atque Melacos (oo)
Prævertens: Dux, Exemplum, Hortatorque futurus.
Balſami erat cuîdam, ſeu Arbor [ſeu potiùs vis,
Arbuſtum] parvo ſed culto nobilis Horto.
Forſitan Europæ fuerat tunc unica noſtræ.
Hanc ſibi præ cunctis caram Camerarius (pp) unam
Inſcripſit Chriſto, Servatorique dicârat:
Sic tutam fore credens: VULNERE VULNERA SANO.
Et fuit illa diu intacta, & venerabilis Orbi,
Arcueratque omnes Inſcriptio ſacra latrones:
Donec, perfoſſo ſub noctem parîete, Petrus,

Prô

(mm) *D. de Seguier Cancellarij Sapientiæ & Integritatis laude celebris.*
(nn) *Abbas Ferrus Italus de B.V. Tranſtulit Moynius ad Principis Prudentiam in partiendis inter Adminiſtros muneribus, vel etiam ad Juſtitiam ejusdem.* (oo) *Duo Tribuni Galli ſparſis ſuperiore bello per Germaniam incendijs, & actis ex eâ prædis famoſi.* (pp) *Joachimus Camerarius Papenbergenſis Franco habet hoc Symbolum inter alia ſua quam plurima, quorum aliqua etiamnum ſunt inedita. Obijt Anno 1574.*

Prô ſcelus! irrumpens totam radicibus imis
Vulſit, & in Patriam, ſuaque in plantaria vecors
Tranſtulit, & Titulo ferme inſignivit eodem:
VULNEROR UT SANEM. - - - -

XXIII.

- - - Quid multis? Et mihi Solem
Idem ſurripuit. Deni ſunt ampliùs anni,
Illum ego, cùm Servatoris per Symbola vitam
Digererem, edideram jam tum: quintum ſimul annum
Sol retulit, ſimul iſte meum rapuit mihi Solem.
Non ſi *Evangelij* appoſuiſſem verba *Joannis*,
Et *Ceram Nigram* Sagis Orcoque tremendam
Affixiſſem; hilo ſecurior inde futurus.
Quippe Exorciſmo *furandi Spiritus* omni
Fortior eſt: rapietque ſuâ cum Pyxide Chriſtum.
Et certè Chriſto à me devotus fuerat Sol,
Cum Petri Elogio. (qq) Rapuit Petrus alter utrumque.
Quodque magis doleo, quod luctibus adjicit iram;
Purpureum Patrem ornatu veſtivit eodem.
Cætera diſſimulo: nam ſunt tria, vel duo ſaltem
Furta ſuper. (rr) Veſtrum ergo, Patres, appello Tribunal.
Haud equidē fuit unquam animus mihi, quemquam animantem
Dedere ſupplicio, meritæque addicere Furcæ;
Gentilem, Sociumque minùs. Quod poſtulo, ſolum eſt;
Ut reddat Dominis ſua; cogatúrve fateri,
Aut non continuò damnanda eſſe omnia furti,
Corpore quæ ſimili, vel *Lemmate* Symbola conſtant:

(qq) *Menetrerius dixerat in Vita Chriſti de Sole ipſi aptato*: Pertranſijt Benefaciendo. *Ex Actuum Apoſtolicorum c. 10. verſu 28. Idem deinde nihil immutatum Symbolum attribuit Moynius Cardinali Antonio Barbarino Magno Franciæ Eleemoſynario.* (rr) *1. In Ludis Toloſanis Anno 1624. Eques quidam Hederam gerebat Arbori aridæ circumplexam cum Lemmate Hiſpanico*: Si nò la vida, porque la Muerte? *Si vita non* [*disjunxit*] *cur Mors? Uſurpavit Moynius inſcribendo*: Ut Virenti, ſic Arenti. *Alciatus, utroque antiquior, expreſſerat hoc ipſum alio Lemmate, loquens de fide conjugali*: Et Arida Tecum. *2. In Franciâ Metallicâ Pharus erat cum Lampade accenſâ, nocturno ſtellatoque Cælo, inſcripta*: Præſtat quod nequeunt. *Ille Lunam Pharo ſubrogatam inſcripſit*: Præſtat tot millibus una. *Sed apertiùs Baſſompierius ſervatâ itidem imagine Phari, in ſuo illo ſuperiùs Serm. V. examinato Symbolo; cùm dixit*: Quod nequeunt tot Sidera præſtat. *3. Abbas Ferrus Pantheram inſcripſerat*: Allicit Illecebris; *Eandem Moynius*: Allicit & conficit.

Aut obſtare nihil, duplex ſit ut Unius Auctor
Symboli, & ingenijs queat occurriſſe duobus,
Quin hunc alterius rem ſit rapuiſſe neceſſum.
Dixerat. Aſſurgens Minos, Menetrerius æquum
Poſcit, ait: placuitque eadem ſententia cunctis.
Sed reſtant alij. Vos voluite ſtamina, Parcæ.

XXIV.

VErùm abeo: grave namque mihi eſt, ſpectare Reorum
Supplicia: obverſant animo, exterrentque jacentem
Somnia, cumque Reo mea mens trabe pendet eâdem.
Eraſt. At non illa etiam poterunt in furta referre,
Mutua quæ dederat Montmorius: Ipſe fatetur
Petrus, *Adoptata.* *Auth.* Alterius qui Pignora adoptat,
Plus quinquagenis, vel propria pauca recenſet;
Vel dubitat, num ſint ſua, ſuſpectatque Parentem.

XXV.

Eraſt. DEtonuiſti aliquando? At cur in Symbola transfers
Raptoris Vitium, cujus fraus omnis? At illa
Auſa nihil, Jovium, & tua conſcia Carmina teſtor.
Unio num Cleopatræâ ſubtractus ab aure,
Orbem, Candorem, Pretium amittet, quia furto
Dettactus? vitiumque ſui Raptoris habebit?
Auth. Non ſanè: præſtat, quàm ſi reſolutus aceto
Ventrem farciat Antonl. Verùm tamen hæret,
Neſcio quæ, furto ablatis infamia rebus.
Siſyphios redolent ungues, ſaxumque minantur.
Dic porrò: nullúmne emiſti aliquando Caballum?
Non puto: Vindelicam brevior trajectus ad urbem
E Boicâ, tanti haud erat. *Auth.* Aſt ego. Diſce igitur nunc,
Quod me non aliquis Pexenfelderus, equorum
Enumerans vitia: (ss) at docuit Veterinus Apella.
Quattuor is tantùm reticeri poſſe negabat,
Ut rata ſit licitatio, & irrevocabilis. Inter
Quattuor hæc, *Furtivus* equus ſi eſſet, memorabat
Præcipuum vitium. In reliquis nam fallere tutum.

XXVI.

(ss) *In Apparatu Eruditionis. cap. 18.*

XXVI.

POst Capitalia, ſunt etiam Civilia quædam
Peccata. At primò concede, refellere iniquam
Cenſuram Piccinelli: *Translatio Idemque*
Unâ cuî pro re capitur: cêu ſi Bovem Aratro
Atque Aræ medium ſtatuas: AD UTRUMQUE PARATUS,
Inſcribas: ſit prorſus idem, ac dicas: *Ego ſum Bos:*
Hiſtrice cumque ſuâ Lodoicus: *Porcus ego ſum.* (tt)
Idque ait, ingenio cuidam magno eſſe notatum. (uu)
Eſtné adeò fatuus quisquam, *Simile* inter *Idemque*
Ponere diſcrimen qui neſciat? Et tamen omnis
Hoc Translatio habet: Naturam ſic ut eandem
Aſſerat eſſe duobus, quin conflentur in unam
Simpliciter ſpeciem. Nam quæ deîn Symbola condes
Tuque, tuique omnes, lex hæc, tuus iſte Canon ſi
Servandus? Solem, Lunamque ac Sidera tantùm
An ſuper eſſe voles, ut poſſis dicere: *Sol ſum?*
At malles Bos eſſe tamen, ſi libera detur
Optio, quàm ſenſu, & vitâ cum Sole carere.

XXVII.

PEccant hi quoque, qui Adjectivis Nomina ſtipant:
Idque Italis tantùm quidam voluêre licere,
Qui Verſus totos adhibent pro Lemmate. Peccant,
Qui duo idem conjungunt ſignificantia verba.
Carduus exemplo eſt, qui LEVIGAT, ET POLIT: etſi
Dicere plus aliquid videatur velle ſecundum.
Sunt etiam, quibus eſt Interprete opus: facibusque
Admotis propiùs. Candelam lumine caſſam
IN TENEBRIS poſuit, pariterque inſcripſit Acaſtus.
Nil potuit magis obſcurè: neque quærere cures
Quid velit; aut catulos inter Leo: RUGIET ANTE,
Tanquam vaticinans, qui dixit. Nempe remittet
Ad librum te, neſcio quem: non antè ſuos quòd
Caſtiget Leo, quàm rugitu præmoneantur.
Obſcuri lateant, ultroque latere volentes.
Proxima ſunt Falſa Obſcuris: nullam iſta, alienam
Illa animo ſpeciem objectant, falluntque videntem.
Hâc iterum multi veri virtute laborant.
Quid mirum? rara eſt. Mentitur, Lilio Apis quæ

(tt) *Nam Gallicè Hiſtrix eſt* Porc' epy. (uu) *Philippus Abbas Picinellus in Tractatu, qui Mundo Symbolico in editione Latina præmittitur.*

Incumbens, dicit, vel pejerat: HOC SAPIT UNUM.
TUTIOR ET NUSQVAM. Contrà genera omnia florum,
Præcipuè Thymus, & Florum Regina reclamat.
Quid? dubitare licet; verum an Sol dicere Regi
Aut velit, aut possit, dum inquit: NEC PLURIBUS IMPAR.

XXVIII.

Erast. QUò ruis? hùcne etiam Censoria Virgula sese
Protendet? Nescis, quanto hæc sit sacra Monarchæ
Tessera? sacrilegam, dum fas est, abstrahe dextram.
Auth. Ponito, ERASTE, metum: coëunt in fœdera Pacis
Belligeræ Gentes; mox Amnestia sequetur,
Et tua ad antiquam remeabit Patria Matrem.
Adde: quòd hoc Regem non ipsum Emblema Parentem
Nactum est, verùm alios. An Majestatis eum Rex
Damnabit, qui Pictorem reprehenderit Aulum,
Quòd Regem haud penitus reddit, quam pinxit, Imago?
Artificemque togæ, quæ Regi haud hæreat aptè?
Hiscum igitur res est mihi. Principiò mihi dicant:
An *Plures* signare velint hoc nomine *Mundos?*
Hanc etenim speciem vester Sol ingerit. Atqui
Hoc falsum est: par quisque suo est Sol, & satis Orbi.
Democriti certè, quot Mundi, tot numerabant,
Arbitror, & Soles. Sin: non multum est, fuit illis
Si vester Mundis *non Impar* omnibus unus.
Jam tibi si virtus, vis, atque potentia Solis
Plùs aliquid, quàm nunc faciat, pollere videtur,
Deciperis: nam, quod-Sol-cunque potest, facit & nunc.
Verùm age, per *Plures* lubet Hemisphærium utrumque
Complecti: ut vulgus Mundum *Veteremque Novumque*
Appellat: non hæc verè sunt *Plura*, quòd unum
Componant Mundum. Sed, si vis, sint duo Mundi,
Hinc *Vetus*, inde *Novus:* quanta hujus portio Galli est?
Quantulum id est, Francis quod das, America, Kebekum?
Hispanum hæc meliùs signaret Tessera Regem.
Serum est: signavit; si non erravit Erathus, (xx)
Jam pridem Caroli Nato, cui paruit omnis
Ille *Alter Mundus*, Carduccîo Auctore tributus
Sol idem, ac totidem verbis: NEC PLURIBUS IMPAR.
Utrùm Italus Gallum, Gallúsve Italum exspoliârit,
Æacus inquiret. Furtum hoc etiam Urna movebit.

XXIX.

(xx) *Interpres Mundi Symbolici. lib. 1. c 15. n. 169. ubi hoc Symbolum refert, tribuitque Philippo II. Hispano; & ait, à D. Salvatore Carduccio Canonico Regulari compositum. Addit insuper expositionem ad formam Elogÿ.*

XXIX.

Eraſt. QUid facies illis, aliter quæ Symbola peccant?
Nam ſupereſſe reor, Vulgaria, Vilia, Trita,
Tortaque, Commutabilia, & Communia, Longa:
Materiæ, Heroi, Fini contraria, & Arti. (yy)

XXX.

Auct. DIcam: verùm audi, non eſt Narratio longa.
Tempore quo Heidelbergæ cepit Tillius Arcem,
Militibusque dedit prædæ: cura ultima equorum
Jam dites ſubijt, deerant ſtramenta, & avena
Victori Armento: ſupplêrunt pabula panes
Prætincti vino. Sed lanam excerpere lecto,
Et ſubſternere equis, haud viſum: durius ipſis
Deînde cubile habituris. Ergo ad Bibliothecam
Feſtinare omnes. Ut quisque Liber tegumento
Liber erat, philyrisque ſolutis; præ reliquis hos
Diripere, éque iſtis componere ſtrata caballis. (zz)
Cepiſti? *Eraſt.* Sanè. At, quò evadas, neſcio: nî, dum
Expurgas ſtabulum unum, aliud replere labores.
Auct. Non malè divinas. Legi, conſuêſſe Poëtas,
Solis equos, curſu laſſatos fortè diurno,
Solvere, & aurato ſub noctem abjungere curru;
Nectare, & Ambroſiæ jejunos paſcere ſucco.
Nemo tamen ſtratum, quo molliter oſſa cubarent,
Providit Vates, ſortem miſeratus equorum.
Couſilium eſt igitur, dum Symbola quæque Heliconem
Contendunt, Phœbi cupientia in Arce locari;
Illa quidem æternùm claris lucente Pyropis
Permaneant affixa tholo, bona Pierides quæ
Cenſuerint, atque immortali digna Trophæo.
Ad ſtabulum levis aura feret mala. Culcita duplex
Inde tumebit equis. Eous cum Pyroënte,
Cumque Æthone Phlegon (aaa) molli ſuffulta grabato
Corpora component, placidaque quiete levabunt
Tandem crura aliquando: dum Tithonia Conjunx
Purpureas Oriente fores, cælumque recludat.

XXXI.

(yy) *Qualia ferè ſunt Exordiorum vitia enumerata à Soario Rhet. lib. II. cap. 5.* (zz) *Epitomæ Rerum Germanicarum ad Annum 1622.* (aaa) *Nomina Solis Equorum apud Ovid. lib. 2. Metam.*

XXXI.

MAteriem multos vel Piccinellus in Annos.
Sufficiet. Quid enim, ſi magno crimina Mundo, (bbb)
Herbaque ſi vaſtis ſuccreſcit inutilis agris,
Miramur? Tantundem Alij, quos dicere longum eſt,
Comportare queunt. Si nolint; Chalcographi dant
Ultrò, quæ toties magno ære excudimus ære,
[*Ut quid Perditio hæc?* poteras vel beſſe locare,
Vel dare pauperibus: nec tanti emiſſe cachinnos]
Carbaſa magnarum Theſium: queîs naviget Argo
Tuta per Ionium ad poſtremas Phaſidos oras.
Quæ nunc parîetibus præſtant tectoria noſtris,
Obducuntque aptè, quicunque eſt, calcis hiatum;
Ut muri vitium vitio majore tegatur.

XXXII.

HIc Fons perpetuò fluit, æternumque miniſtrat
Tomentum lectis, quos inde replemus, equinis.
Accedent; quoties Funebria Juſta Poëtæ
Principibus ſolvent: quotiesque his naſcitur Infans:
Aut quoties nova Nupta Viri ducetur ad ædes,
Aut Princeps Victor, Victúsve intraverit Urbem.
Denique multorum Frons, & Propylæa Librorum:
Mantiſſamque Index addet poſt omnia noſter.
Eraſt. At nos Cæna vocat, quæ jam corrumpitur; illic
Multa ſuper menſam pingemus Symbola Baccho.
Et redeunt Operæ, Satyrique Diaria poſcunt.

(bbb) *Inſcripſit enim hic Auctor Opus ſuum*: Mundum Symbolicum.

FINIS.

INDEX.

INDEX SYMBOLORUM

Quæ septem hisce Sermonibus referuntur.

A.

ACanthis Carduo insidens. L. HIS EGO SUSTENTOR. Serm. VII. Num. 17.

Acus Nautica. ASPICIT UNAM. Serm. V. n. 21.

Aëtites Lapis. HOC MATURABITUR. Serm. VII. n. 18.

Ætna ardens. STANS ARDET ET AUDET. Serm. IV. n. 8.

Et: MAS DENTRO QVE FUERA: MAGIS INTUS. Serm. V. n. 8.

Nive cooperta. GELAT ET ARDET. Serm. VI. n. 8.

Fulmine percussa. FULMINATO E FULMINANTE. Serm. IV. n. 8. in Annot.

Anchora. HAC PEREUNTE PERIT. Serm. VII. n. 17.

Apes. Antonij Levæ. SIC VOS NON VOBIS. Serm. IV. n. 9.

Barbarinæ Aratro junctæ. EXERCET SUB SOLE LABOR. Serm. IV. n. 9.

Apis Lilio insidens. HOC SAPIT UNUM. Serm. VII. n. 27.

Et: TUTIOR ET NUSQVAM. Ibid.

Aquila pullos ad volandum provocans. MATRE VIAM MONSTRANTE.

Et: PATRE VIAM MONSTRANTE. Serm. VII. n. 21. Et in Annot.

Arbor Balsami. VULNERE VULNERA SANO.

Et: VULNEROR UT SANEM. Serm. VII. n. 22.

Arbuscula Ventis obsequens. CEDENDO RESISTIT. Serm. VI. n. 18.

Arethusa fluvius. DORIS AMARA SUAM NON INTERMISCEAT UNDAM, Serm. V. n. 11.

Arundines Columnenses. FLECTIMUR NON FRANGIMUR UNDIS. Serm. V. n. 5.

Arundo. RESURGAM. Serm. V. n. 9.

Aurora Margaritæ Austriacæ. DUM PARIO PEREO. Serm. VII. n. 21.

B.

BOlis: vulgò Bomba. ALTER POST FULMINA TERROR. Serm. V. n. 8.

Bombarda. SI TANGAR. Serm. V. n. 8.

C.

CAlx aquis infusa. 'E FREDDA M' ACCENDE. UROR ET A GELIDA. Serm. VI. n. 19.

Campus purus absque Figura.
NI CON PLUMA NI CON PINCEL.
NEQVE PENNA, PENICULO NEQVE.
NULLA ÆQVAT IMAGO.
PAR NULLA FIGURA DOLORI.
MELIOR FORTUNA NOTABIT.
NON EST MORTALE.
PLURIMA DESCRIBAM.
MEUM MI SECRETUM. Serm. IV. n. 10.

Candela extincta. IN TENEBRIS. Serm. VII. n. 27.

Canis Bocharti Quæstoris. INVENTIS FIDUS ABSTINET. Serm. V. n. 16. Et Serm. VI. n. 21.

Canis cælestis. HOC ORIENTE FUGIT. Serm. VII. n. 18.

Canterius Richelianus. FIRMATQVE REGIT QVE. Serm. VI. n. 5.

Carduus. LÆVIGAT ET POLIT. Serm. VII. n. 27.

Cervus alatus. Caroli Borbonij. FUGAM INTENDIMUS ALIS. Serm. IV. n. 6.

Circinus

Circinus orbem describens. ORBEM COMPONIT EUNDO. Serm. VI. n. 12.
Clavis aurea. HÆC OSTIA PANDET. Serm. VII. n. 17.
Columna Card. Columnensis. FULCIT ET ORNAT. Serm. VI. n. 7.
Coronæ tres Henrici III. MANET ULTIMA CÆLO. MANET ULTIMA CLAUSTRO. Serm. VII. n. 15.
Crepida. UT IMPLEATUR. Vel: IMPLENDA EST. Serm. VII. n. 11.
Crux. HÆC SEMITA CÆLI. Serm. VII. n. 17.
Cycnus Gonzagæ. LACESSITUS. Serm. V. n. 9.

D.

DÆmon Comitis de Villa-Mediana. MAS PENADO Y MENOS ARREPENTIDO. Serm. IV. n. 4.
Draco Gregorij XIII. DELUBRA AD SUMMA.
Et: GEMINOS ALIT UBERE FÆTUS, Serm. IV. n. 3.
Draco Hesperidum. SERVAT, ET ABSTINET. Serm. VI. n. 21.

E.

ECheneis seu Remora. SIC FRUSTRA. SIC PARVIS MAXIMA CEDUNT. Serm. VII. n. 19.
Effigies sive Statua. PERFICIOR, DUM CÆDOR. Serm. IV. n. 12.
Elephas alatus. TARDE. Serm. VII. n. 6.
Equus in Hippodromo Philippi II. UNUS NON SUFFICIT ORBIS. Serm. VI. n. 12.

F.

FErrum in Igne. SIC A RUBIGINE TUTUM. Serm. VII. n. 19.
Fornax fumans Lautrechij Comitis Fuxensis. DOVE E GRAN FUOCO E GRAN FUMO. Serm. VII. n. 16.
Fornax stillatoria. TESTANTUR LACHRYMÆ. Serm. V. n. 8.
Fulgur. MORIOR DUM ORIOR. Serm. VI. n. 14. Et Serm. VII. n. 21! & in Annot.

G.

GAlaxia: seu Via Lactea. HOC ITER AD SUPEROS.
Et: HAC ITUR AD ASTRA. Serm. VII. n 17.
Glycirrhiza frutex subterraneus. DULCE MEUM TERRA TEGIT. Serm IV. n. 10.

H.

HEdera implexa Arbori aridæ. SI NON LA VIDA PORQVE LA MUERTE?
Et: UT VIRENTI SIC ARENTI.
Et: ET ARIDA TECUM. Serm. VII. n. 23. in Notis.
Heliotropium. HOC LUMINE VIVO. Serm. VII. n. 17.
Et: NON INFERIORA SECUTUS. Serm. V. n. 17.
Horologium. CUIQVE SUUM METITUR. Serm. VII. n. 22.
Horologium Sciathericum. TU MIHI QVODCUNQVE HOC REGNI. Serm V. n. 11.
Et: NON LUMINE TANTUM. LUMINE SIGNAT. NON CEDIT UMBRA SOLI. Serm. VII. n. 16.
Hortus afflatus Zephyro. HOC ASPIRANTE VIREBIT. Serm. VII. n. 17.
Hystrix Ludovici XI. COMINUS ET EMINUS. Serm. V. n. 14. Serm. VI. n. 14. Serm. VII. n. 26.

I.

JEcinora veru infixa. JECUR ADURE MORBIDUM. Serm. VII. n. 12. & in Notis.
Ignis vento auctus. CRESCIT AB ADVERSIS. Serm. VII. n. 21.
Imago Deiparæ. HUJUS AD EXEMPLUM. Serm. VII. n. 17.

L.

LAmpas ex arbore suspensa prope stagnum. HAC LUCENTE TACEBUNT. Serm. VII. n. 18.
Lapis Lydius. HOC UNO VIRTUSQVE FIDESQVE PROBATUR. Serm. VII. n. 17.
Leo inter suos catulos. RUGIET ANTE. Serm. VII. n. 27.
Luna Crescens Card. Crescentij. ASPICE CRESCAM. Serm. VI. n. 7.

Eadem Henrici II. DONEC TOTUM IMPLEAT ORBEM. Serm. VI. n. 12.

Lunæ Eclipsis. SIC RAPTO FRATRIS LUMINE DEFICIMUS. Serm. VII. n. 19.

Luna inter Stellas. PRÆSTAT TOT MILLIBUS UNA. Serm. IV. n. 15. Serm. VII. n. 23. in Notis.

Et: CÆTERA QVID COLLECTA JUVANT? Serm. IV. n. 15.

Luna Solem Eclipsi intercipiens. TOTUM ADIMIT QVO INGRATA REFULGET. Serm. V. n. 16.

Luna semper varia. NON VULTUS NON COLOR UNUS. Serm. VI. n. 18.

Lupus Oriente Caniculâ cælesti. HOC ORIENTE FUGIT. Serm. VII. n. 18.

M.

MAgnes. IMMOTUS MOVET. Serm. VI. n. 13.

Malum punicum seu granatum. CON LA CORONA NACI. MEA MECUM NATA CORONA EST. Serm. VII. n. 21. & in Notis.

Et: FERT NEC MATURA CORONAM, Serm. V. n. 6.

A CABEZA REAL MUCHOS CORAZONES. Ibid. & n. 19.

Manus. DISPARITATE PULCHRIOR. Serm. IV. n. 14.

Et: CUNCTA REGIT DUM PAREAT UNI. Serm. IV. n. 14.

Manus duæ cum gutto. MANUS MANUM LAVAT. Serm. V. n. 4.

Montes Chisij. HOS LUX PRIMA FERIT. Serm. VII. n. 17.

Mus Ponticus, Gall. Hermine, Ferdinandi Aragonij. MALO MORI, QVAM FOEDARI, Serm. IV. n. 6.

N.

NAvis. CÆLUM, NON ANIMUM MUTAT. Serm. V. n. 20.

Portum subiens. ET SCOPUS ET SCOPULUS. Serm. VI. n. 11.

Nubes occidentis Solis radijs illustrata. ARDET AB EXTINCTO. Serm. VI. n. 13.

Nubes Parelia. QVIA RESPEXIT. Serm. VII. n. 21.

RESPICIO UT PERFICIAR. Ibid.

P.

PAnthera. ALLICIT ET CONFICIT. ALLICIT ILLECEBRIS. Serm. VII. n. 23. in Notis.

Papilio Candelæ ardenti advolitans. UT POTIAR PATIAR. Serm. VI. n. 11.

Et: HAC PEREO, QVAM DEPEREO. Serm. VII. n. 17.

Pharus Bassompierij. QVOD NEQVEUNT TOT SIDERA PRÆSTAT. Serm. V. n. 19. Serm. VII. n. 23. In Notis.

Phœnix. UT VIVAT MORITUR. Vel melius: UT VIVAT. Serm. V. n. 8.

Q.

QUercus Alexandri VII. NUNC MELIUS PASCUNT, REDDUNTQVE ORACULA. Serm. VI. n. 4.

R.

ROsa S. Rosaliæ dicata. CONSUMPTA MEDETUR. Serm. V. n. 11.

Rosa in suo spineto. TERRETQVE PLACETQVE. Serm. VI. n. 13.

S.

SEra Litterata. UNI PATET VERBO. PANDITUR AD VERBUM.

UNO VERBO RECLUDOR. Serm. VII. n. 19.

Serpens in orbem convolutus. AD ME REDEO. Serm. V. n. 7.

Sol Mundo imminens. NEC PLURIBUS IMPAR. Serm. V. n. 11. & fusius Serm. VII. n. 27. & 28.

DIGNA DEO FACIES. Serm. V. n. 11.

PATET OMNIBUS UNUS. ibid. & Serm. VI. n. 16 & 13.

UNI CUNCTA PATENT. ibid.

OMNIBUS UNUS. Serm. VI. n. 13.

ME QVOQVE FATA REGUNT. Serm. V. n. 11.

Sol Lunam radijs suis feriens. TIBI SE PERITURA RESERVAT. ibid.

Sol in Horologio umbram signans. LEGES ET FACIT ET SERVAT. ibid.

Eclipsi interceptus. DEFICIT ET SUFFICIT. Serm. VI. n. 14.

Sol Occidens. ORTUS AB OCCASU. Serm. III. n. 2.

Et : LUBET EMERITOS JAM SOLVERE CURRUS. ibid.
CONDAR UT EXORIAR. ibid.
DUM MORIOR ORIOR. ibid.
CÆLUM ET TERRA ALTERA RESTAT. ibid.
NON TOTI OCCIDIMUS. ibid.
REDIVIVUM AURORA VIDEBIT. ibid.
Sol per Clathros quadratos radios suos immittens. MUTAT QVADRATA ROTUNDIS. Serm. III. n. 6.
Sol Oriens simul & Occidens. CUM SURGIT ET OCCIDIT ADSUM. Serm. IV n 2.
Sol Nube involutus. OBSTANTIA NUBILA SOLVET. Serm. V. n. 5.
MAJOR AB ADVERSIS. Serm. VII. n. 21.
Sol Oriens. VIDET OMNIA PRIMUS. Serm. VI. n. 16.
VIDETQVE FOVETQVE. ibid.
Sol vapores à terrâ sursum trahens. COLLECTIS DEFICIT.
SPLENDET AB EFFUSIS. Serm. VI. n. 16.
Sol. IDEM ET ALIUS. Serm. VII. n. 21.
NUSQVAM ALIUS. ibid.
Sol in Zodiaco seu Cursu suo. NEC RETROGRADIOR NEC DEVIO. Serm. VII. n. 21.
NEC CESSO NEC ERRO. ibid.
NEC DEVIUS VNQVAM. Serm. VII. n. 22.
NULLA EST META LABORUM. ibid.
NUSQVAM DEVIUS. ibid.
NUSQVAM META MIHI. ibid.
METIOR IMMENSUM. ibid.
PERTRANSIIT BENEFACIENDO. Serm. VII. n. 23.
Speculum OMNIBUS ET NULLI. Serm. VI. n. 13.
URIT ET ALGET, ibid.
Sphæræ Francisci I. UNUS NON SUFFICIT ORBIS. Serm. VII. n. 15.
Stella Vespertina. SEQVITUR DESERTA CADENTEM. Serm. VII. n. 21.
Stella cadenti similis. SEQVITUR LUX MAGNA CADENTEM. ibid.
Stellæ Cardinalis Mazzarini. AB HIS VENIT OMNE SERENUM.
VIGILANT ET CUNCTA QVIESCUNT Serm. VI. n. 6.

T.

TAurus inter Aram & Aratrum medius. AD UTRUMQVE PARATUS, Serm. VII. n. 26.
Testudo. GRADATIM. PEDETENTIM, SIC FESTINANDUM. Serm. VII. n. 19.
Testudo alata. AMOR ADDIDIT ALAS. Serm. IV. n. 1.
Eadem Velifera. FESTINA LENTE, ibid.
Triton seu Vexillum versatile Ventorum Index. NO MUDO, SI NO MUDAN. Serm. VI. n. 19.
Thuribulum. DUM FLAGRAT, FRAGRAT. Serm. VI. n. 11.
Turtur solitarius. SOLA DOMO MOERET VACUA. Serm. IV. n. 10.

V.

VEntus Laurum infringens. POSSUM NEC FULMINA POSSUNT. Serm. IV. n. 8.
Vinea cognominis Virginis. ARDOR TEMO, E GELO M^a OFFENDE. Serm. VI. n. 8.
Unio in Conchâ. DAT PRETIUM CANDOR. Serm. VI. n. 18.

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM
Quæ ſeptem hiſce Sermonibus continentur.

A.

Actio maximum Symboli ornamentum. Ejus Exempla. Sermone VI. Num. 22.

Ægyptus Papyri & Hieroglyphicorum Inventrix. Serm. I. n. 8. & Serm. II. n. 3. Hieroglyphicorum Interpretes. ibidem.

Æſopi Ethice Symbolica. Serm. II. n. 4. Inde videtur eſſe quod Corporibus ſeu Figuris quibuscunque Voces & Sermonem commodamus. ibid. & n. 5.

Æquivoca quatenus ad Symbolorum Ornatum faciant. Serm. VI. n. 12. Et Symbolis, quæ duplicia vocantur, ſunt eadem maximè convenientia. Serm. VI. n. 15 & 16.

Ætas ſcribendis Satyris apta. Serm. I. n. 8.

Antitheſis. Ejus uſus in Symbolis. Serm. VI. n. 13. & 15. Ejus laus apud Ariſtotelem. ib. n. 13 in Notis.

Apum & Formicarum, exiguorum licet animalculorum, privilegium in Symbolis. Serm. IV. n. 9.

Apes Barberinæ Aratro junctæ num ſatis comodè. ibidem. Antonii Levæ. Serm. IV. n. 9.

Apes è cadavere Bovis reparatæ apud Virgilium. Ibidem & in Notis.

Auctores, qui de Symbolis ſcripſerunt. Serm. I. n. 5. & ſæpius relati alibi.

B.

Bibliothecæ Heydelbergenſis pars melior equis pro ſtramine ſubſtrata. Serm. VII. n. 30.

C.

Callotti S. Antonius à Dæmonibus variis modis vexatus. Serm. VII. n 9.

Charta ſignata: ejus pretium, & effecta. Serm I. n. 9. & 10.

Chronoſticha Symbolis juncta à quibusdam. Serm. VII. n. 4. Eorum Deſcriptio, & brevis uſus. ibid.

Chronoſtichum famoſum Typographi cujusdam Ingolſtadij. Serm. VII. n. 5.

Color non neceſſarius Figuris Symbolicis, cùm meliùs referantur in metallis, durentque diutiùs. Serm. IV. n. 9. Leges Teſſerarum ſeu Inſignium de Colore. Serm. VI. n. 2. Color dari ſolitus equitibus & Heroibus. Serm. VI. n. 1. & in Notis.

Comparationes Poëtis familiares, & quando. Serm. V. n. 19,

Culex Lacedæmonius. Serm. IV. n. 9.

D.

Dæmon Comitis de Villa-Mediana. Serm. IV. n. 4.

Draco Gregorij XIII. Pont. defenſus. Serm. IV. n. 3. Heſperidum contrà reprehenſus: & cum Cane Bocharti comparatus. Serm. VI. n. 21.

E.

Elogium Antonij Vieirà. Serm. VI. n. 13. & in Notis.
Malherbæ. Serm. VI. n 23.
Renati Rapini. Serm. VI. n. 6.
Waldburgici. Serm. VI. n. 4.

Emblema quomodo differat à Symbolo. Serm. V. n. 7. & Serm. IV. n. 11.

Epigramma Cardinali Richelio impuratum magno pretio. Serm. VI. n. 6. & in Notis Ibidem.

Equis Solis de Lecto seu strato provisum, id quod nullus adhuc Poëta fecit. Serm. VII. n. 30. 31. 32.

F.

Figuræ seu Corporis Symbolici *Indifferentia* tollenda per Lemma seu Animam. Serm. II. n. 11. & Serm. V. n. 3.

Figura sit rei Veræ, vel saltem vulgò habitæ pro Verâ. Serm. III. n. 8. Ne sit rerum tenuium. Serm. IV. n. 9. Et invisibilium, aut ignotarum. Serm IV. n. 10. Aut nunquam simul existentium. Serm IV. n. 1. & 2. & Serm. VII. n. 6. An rerum noxiarum & funestarum? Serm. IV. n. 3.

Figura Hominis quam ob rem excludatur à Symbolis. Serm. IV. n 11. Effigies tamen & Statuæ Humanæ quomodo possint esse loco Figuræ. Serm. IV. n. 12. Num membra humana? ibid. & n. seq. An Manus, & quomodo possit adhiberi? Serm. IV. n 12. An eadem recisa à corpore? ibidem n. 13. & 14.

Figura unius tantùm rei esto. Vel, si plurium, in unam conspirent omnes. Serm. IV. n. 15. Exceptio, & ne una obstet alteri. ibidem Quò simplicior, eò perfectior. Serm IV. n. 16. Conveniat Personæ, quam per Metaphoram repræsentat. Serm. IV. n. 6. Errores quorundam in hac re. ibidem. Non egeat Coloribus. ibid n. 9. Sit pulchra, non formosa tantùm. ibid. & n. 5. & Serm. III. n. 6. Minimè verò turpicula. Serm. III. n. 9.

H.

HOmo, & ejus Figura cur excludatur à Symbolo? Vide supra in voce *Figura*.

Homonyma quale & quantum ornamentum afferant Symbolo. Serm. n. 11.

I.

INgenij humani indoles suo Marte scire volentis. Serm. V. n. 8. Idque citò & facilè, ac sine labore. ibid. n. 19. & in Notis. Impatienter fert omnia singillatim commonstrari sibi, ac nihil relinqui, quod per se investiget. Serm. V. n. 8.

Insignia Regum ac Principum. Serm. VI. n. 2. Alexandri VII. ibid. n. 4. Dodonææ & Roboreorum Quercus invicem comparatæ. ibid. Card. Richelij & Mazzarini inserta Symbolis eorum. Serm. VI. n. 5. & 6. Card. Crescentij, & Sixti Pontificis. ibid. n. 7. Card. Hieronymi Columnæ. ibid. Greg. XIII. Serm. IV. n. 3.

Insignia loquacia: Italis *Arme parlanti*. Navarræ, & Mechanicorum. Serm. VI. n. 10. & in Notis. Ridicula relata à Tassono. Serm. VII. n. 7.

Jovius Novocomensis, Episcopus Nucerinus primus Artis Symbolicæ Conditor. Serm. III. n. 5. Ejus Pentalogus seu Leges ab eo latæ. ibid. & seqq.

Italorum Privilegium in adhibendis pro Lemmate Versibus integris, patriâ ipsorum linguâ. Serm. V. n. 10. Et jungendis Adjectivis. Serm. VII. n. 27.

L.

LEmma necessarium Figuræ: & Cur? Serm. II. n. 11. & Serm. V. n. 3. Convenire debet Figuræ pariter & Personæ. Serm. V. n. 16. 17. 18. Etiam in genere Grammatico. ibid. Solœcismus Reginæ Navarræ è stirpe Valesia. ibid. n. 17. & in Not. Mali Punici quomodo excusandus. Serm. V. n. 6. 18. Item Turturis. Serm. IV. n. 10.

Lemma ne sit Metaphoricum. Serm. V. n. 16. & 19. Error Bassompierij. ibidem. Exceptio. Nisi Metaphora foret valdè usitata. Serm. V. n. 21. Ne faciat sensum per se, ac sine figura, integrum. Serm. V. n. 3. & 4. Figuram non exprimat nominatim. ibid. n. 4. & 5. & Serm. VII. n. 16. An partem Figuræ nominare concessum. Serm. V. n. 6. & Serm. VI. n. 16. Error Lautrechij Serm. VII. n. 16. Non debet attribuere Figuræ affectiones humanas, seu moratas. Serm. V. n. 16. Error Card. Ascanij Columnæ, & Bocharti. ibidem. An Lemma necessariò mutuandum à Poëtis Vett. Serm. V. n. 12. Quantâ gratiâ id fiat. ibid. An nova Hemistichia conderc liceat? ibid. n. 13. Num etiam Prosam adhibere? ibid. n. 14. Cautio adhibenda, ne versum mendosè imitetur. ibid. n. 15. Solœcismi quorundam castigati. ibid. n. 16.

Lemma inexplicata quædam ſtudioſè relinquat. Serm. V. n. 4. & 5. & n. 8.

Lemmatis Brevitas. Serm. V. n. 9. & quatenus. ibid. Vox una, nihil. ibid. Quot voces admittat ibid. n. 10. Ultra quinarium numerum ne procedat. ibid. n. 10. Exceptio. ibid. & n. 11. Exemplum Famiani Stradæ ibid. Ternarij laus. ibid. & n. 10.

M.

MArini Verſiculus examinatus. Serm. VI. n. 20 Ejus de Malherbâ judicium. ibid. n. 23.

Metaphora. Neceſſaria Symboli perfectioni. Serm. II. n. 7. Ejus vocis repugnantia cum Verſu Hexametro. ibid. Symbolorum aliquot, quibus illa deeſt, quanquam alioqui celebrium, vitium. Serm. VII. n. 15. Breviſſima optima. Serm. IV. n. 16. Ne ſit nimis turgida. ibid n. 8. Ejus genius ſublimis, magnificus. ibid. n. 5. Pictores imitatur. ibid. Gratiam capit & lepórem è novitate Imaginis præter exſpectationem oblatæ. Serm. V. n. 12. Sit ſpeculum rerum. Quem finem ſpectet. Serm. VI. n. 22. Sitque actuoſa. ibid. Quædam Metaphoræ familiares & uſitaræ adhiberi poſſunt in Lemmate. Serm. V. n. 21. & 22. Ne ſit longè petita, & horridula. n. 19. & 22. Metaphorarum genus duplex. Serm. VI. n. 18.

Metaphora differt ab *Identitate*. Defenſa ideo contra Philipp. Picinellum. Serm. VII. n. 26.

Mirabile: præcipuum ornamentum Symboli, & Heroico ac Perfecto neceſſarium. Serm. VI. n. 17. Quomodo efficiatur. ibid. & n. 18. Ejus Exempla. ibid. & n. 19. Mirabile Falſum, laudatum à Card. Pallavicino, conveniátne Symbolo diſcepatur. Serm. VI. n. 20. & 21.

Moynius plurium furtivorum Symbolorum poſtulatus à Meneſtrerio. Serm. VII. n. 20. 21. 22. 23.

O.

OCuli Privilegium in uſurpandis Metaphoris. Serm. V. n. 22.

P.

POëtarum munus & finis. Serm. VI. n. 20. Non dedecet illos Mirabilis Falſi uſus è mente Card. Pallavicini. ibid.

S.

SImilitudo neceſſaria Symbolo: qualis eſſe debeat Serm. II. n. 8. & 10. Vult latere, odit nomenclatorem, & digito monſtrari. ibid. Ut quoque particulas demonſtrativas. Serm. VII. n. 17. 18. 19. Exempla Symbolorum hac parte peccantium. ibidem.

Symbola. Eorum ortus primævus. Serm. II. n. 2. Conſtabat primùm ſolo Lemmate. ibid. Deinde ſolâ Figurâ, quam Ægyptij ſuis Hieroglyphicis adoptârunt. ibid. n. 3. Ex Æſopi Symbolis nimis verboſis quid ſervatum? ibid. n. 4. & 5. Progreſſus, Cultus & Perfectio Symbolorum. Serm. II. n. 6. Leges eorum conditæ ex obſervatione meliorum. ibid. Ars Symbolica Veteribus ignota. ibid. Symboli Definitio difficilis. n. 7. Data. n. 8.

Symbola conſtare debent Corpore & Animâ: ſeu Figurâ & Lemmate, quæ duo ſunt illis loco *Generis & Differentiæ*. Serm. II. n. 8. 9. 10. 11. 12.

Symboli Leges dictatæ à Paulo Jovio patriâ Novocomenſi. 1. Proportio inter Figuram & Lemma. Serm. III. n. 5. 2. Caveatur & nimia obſcuritas, & nimia claritas. ibid. 3. Corpus ſit nobile, ſive rerum illuſtrium. ibid n. 6. Etiam Fabuloſarum, dummodo celebrium & vulgò habitarum pro veris. ibid. n 8. Figurarum etiam Mathematicarum. ibid. n. 6. & 7. 4. Ne adhibeatur Figura Humana. ibid. n. 9. & quare. Serm. IV. n. 11. Aut quicquid fœdum eſt aſpectu Serm. III. n. 9. 5. Ne Lemma ſit patriæ Auctori linguæ verbis expreſſum. ibid.

Symbola Imperfecta, quia Corpore ſeu Figurâ carent, ſunt aliquando potiora quibusdam, maximè obſcuris. Serm. IV. n. 10. Sunt Symbola etiam Sigillis apta. Serm. VI. n. 8. Quomodo differant ab Emblemate preſſè ſumpto, & quidem ratione Lemmatis. Serm. V. n. 7.

Symbola qualem ornatum ament. Serm. VI. n. 1. quomodo is comparetur. ibid. n. 2. Si accomodentur Personæ per ejus Insignia. Horum lex Tesseraria. ibid. Exempla ejuscemodi. ibid. n. 4. 5. 6. Magis etiam, si nomen & Tessera conspirent. ibid. n. 7. Vel nomen saltem Personæ Symboli Corpus constituat: ut Gelardæ, ac Vineæ duarum Fœminarum. n. 8. Si voces sint Homonymæ sive quæ similem sonum reddant. ibid. n 11. Si æquivocæ. ibid. n. 12. In utrisque adhibenda Cautio. ibid. Si oppositæ per Antithesin. ibid. n. 13. Exemplum. ibid. Si tria hæc in unum miscentur. ibid n 14. Exemplum unicum. ibid.

Symbola Duplicia cum eodem Corpore, Lemmate tamen diverso. Serm VI. n. 15. Eorum Usus & Exempla. ibid. & n. 16. & 14. Celebris istorum Artifex. ibid. n. 16.

Symbolorum Vitia. Variorum corporum farrago, & pluribus inscripta Lemmatibus. Serm. VII. n. 3. Et cum Anagrammata & Chronosticha jungunt, ingratam Musis mercem. ibid. & n. 4. Pugnantia naturæ rerum. ibid n. 6. 7. 8. Repugnantia inter se tempore & loco. ibid. & Serm. IV. n. 2. Vilia & coquinaria Serm. VII. n. 10. Exempla duo Damasippi in Crepida, & Jecusculis igne subactis. ibid. n. 11. & 12. Si Symbola carent Metaphorâ, vel Simili. ibid. n. 15. Vitium hâc in parte duorum celebrium Symbolorum. ibid. Quæ totam figuram exprimunt Lemmate. ibid. n. 16. Excusantur, si partem tantum-modò unam. ibid. Cùm adhibentur particulæ Demonstratinæ, vel Simile denotantes manifestè. ibid. n. 16. Ejusmodi Vitiorum Exempla. ibid. n. 17. 18. 19. Cùm suis Auctoribus furto auferuntur, aut etiam depravantur: quæ illis pœna statuta? ibid. n. 19. Actio coram Judicibus Inferorum contra Fures ejusmodi. ibid. n. 20. Allata Furtorum Exempla. n. 21. 22. 23. & in Notis Sententia pronunciata. n. 23. Cur Symbola ejusmodi sint Vitiosis annumerata? ibid. n. 25. Leviora Vitia, cùm Adjectiva substantivis junguntur. Privilegium Versuum Italicorum. n. 27. Vel cùm duæ voces idem significantes adhibentur. ibid. Cùm obscuritate laborant, aut veritate destituuntur. Exempla. ibid. Examen Lemmatis. *Nec Pluribus Impar.* An veritati consentaneum, eique, cui tribuitur, conveniat. n. 27. & 28. Quæ Solœcismum referunt. Serm. V. n 15. 16. 17. 18.

Symbolorum Bonorum & Malorum diversus exitus. Serm. VII. n. 30. & seqq.

Gloriæ cupidus militarem vitam aggreditur. Tormentum bellicum. L. CUM FULGORE SONUS.

402.

Post infractam tibiam in propugnatione Pampelonæ ad animi sanitatem revocatur. Opus Musicum nondum perfectum. L. FRACTURIS INTEGRITAS.

403.

Et ex illo vulnere ad virtutem subinde inflammatus. Silex chalybe percussus. L. PERCUSSUS CONCIPIT IGNES.

CDIV.

Et: Speculum concavum collectos à Sole radios in materiem juxtà positam reflectens. L. EXARDESCET IGNIS. D. Aresius.

405.

Morti proximus à S. Petro ad meliorem vitam revocatur. Candelabrum cum candelâ inclinatum. L. VERTATUR ET VIVET. Bov.

406.

E lectione Libri pij, deficientibus profanis, novam lucem capit. Sol oriens. L. AB UNO DIES.

407.

Christi Sanctorumque virtutes ad imitandum sibi proponit. Multiplices radij textorij auro, vel serico obvoluti, & ad phrygium opus parati. PARANTUR IN UNUM.

CDVIII.

Dum precibus instat, seque DEO offert, concussâ domo fenestræ dissiliunt. Bolis incendiaria in aëre dissiliens. L. ARDENDO CONCUSSIT.

CDIX.

E Domo & Cognatione sua exit, equos, & famulos dimittit. Vestes, Galea, Thorax, ante Amphitheatrum humi depositæ. L. IPSE IN ARENAM.

410.

Deiparæ Virginitatem defendit adversus Maurum. Ædiculæ sacræ ostium ferrea, & acuta crate munitum. L. TUTOR ET ULCISCOR.

411.

Castitatem DEO promittit, ejusque donum vicissim accipit. Ceræ solis radijs objectæ. L. A CALORE CANDOR.

412.

Veſtes donat pauperi. Margarita extra ſuam concham. L. NUDA CAPIT PRETIUM.

CDXIII.

Ante Deiparæ Aram noctem excubat. Lucerna è tholo Templi ſuſpenſa. L. NON SOPITUR ARDENDO.

414.

Conſcientiam ſuam Inſtitutori ſuo penitus aperit. Lipſanotheca vitrea. L. ET CLAUSA LEGUNTUR.

CDXV.

Conſcientiæ angores ſub prima vitæ melioris exordia vincit. Nebula ſolis Orientis radijs diſſipata. L. AD PRIMOS VICTA CALORES.

416.

Inediâ ſe propè conficiens cæleſtibus delicijs recreatur. Organum Muſicum. L. PER INANIA SPIRITUS.

417.

Dæmonem per contemptum baculo abigit. Larva ſuſpenſa. L. COGNITA RIDETUR.

CDXVIII.

Spiritus bonos à malis diſcernit. Thermoſcopium. L. SCIT FRIGUS ET ÆSTUM.

419.

In Minoreſſæ ſpeluncam ſe abdit. Statua obducto ſipario. L. CELATUR DONEC CÆLETUR.

CDXX.

Libellum ſcribit ſpiritualium exercitationum. Horologium Mechanicum. L. PONDUS ET ORDO MOVENT.

421.

In mentis raptu ſeptem dies perſeverat. Avicula è cavea evolans filo alligata. L. CUPIO DISSOLVI.

422.

Ægrorum in Noſocomijs corpora & animos curat. Lacera veſtis opere phrygio interpolata. L. DUM REFICIT, ORNAT.

423.

Appellatur à perverſis hominibus Hypocrita. Imago in ſpeculo concavo inverſa. L. RECTA DISTORQVET.

CDXXIV.

Agnitus Minoreſſæ famâ Sanctitatis clareſcit. Bombyx è ſuo calathiſco evolans. L. QVIA MOLLIA LIQVIT.

425.

Morbo laborans, inanis gloriæ ſtimulis à Dæmone fodicatur. Fons in craterem multiplici lapſu aquam devolvens. L. HABEATQVE CADENDO TUMOREM.

426.

Navigaturus Viaticum in littore deponit. Arbor putata. L. SPE DIVITE PAUPER.

CDXXVII.

Varia inter pericula à Chriſti Domini conſpectu recreatur. Ros mututinus in ſubjectos flores depluens. L. TOLERATÆ PRÆMIA NOCTIS.

428.

Invitis Nautis, in Cyprum navigat. Flamma in cælum rectà tendens inter ventos contrarios. L. VIS NULLA RETARDAT. Bov.

CDXXIX.

In Palæſtina inter cruciatuum Chriſti monumenta dulciſſimo pietatis ſenſu perfunditur. Oliva in ſaxoſo ſolo. L. INTER DURA DULCESCIT.

430.

Christum Dominum sibi præsentem videt, dum ab Oliveti custode vapulat. Tubus opticus in sidera directus. L. VISA PER ANGUSTUM.

431.

Pro exploratore, ac fatuo habetur. Tubus papyraceus ignem per obliqua dispergens. L. FURIT QVIA FERVET.

432.

Inter pueros prima Grammatices Elementa discit annos natus tres & triginta. Surculus grandiori trunco inditus. L. NON AD UMBRAM.

CDXXXIII.

Ob restitutam Virginum cænobio religiosam disciplinam vapulat. Incus. FERENDO NON FERIENDO.

434.

Suspendiosum hominem à morte revocat, & expiatum cælo transmittit. Obeliscus è ruderibus refossus, & collocatus supra Basim. L. ERUTUS ET ERECTUS.

CDXXXV.

Inter precandum sæpe exclamat: *O Domine, si te homines nossent!* Cicada ad solem versa. L. CANTUS AB ÆSTU.

436.

Qui dignum flammis Ignatium dixerat, incendio luit. Navis plenis invecta velis proræ cuspide in scopulum allisa. L. VERBERE FRACTA SUO.

Vel: VIS CONSILI EXPERS MOLE RUIT SUA. *Ex Horat.*

437.

Depeculatorem suum morbo laborantem reficit Ignatius. Arbor Balsami, inciso cortice. L. NUDATA MEDETUR.

438.

Juvenem amore ludi captum ludendo victor ad meliorem frugem pertrahit. Avicula viridium ramorum illicio ducta, visco hærens. L. SUIS CAPTA DELICIIS.

CDXXXIX.

Alium impuris amoribus ferventem stagno mersus convertit. Fulmen cælo nubilo evibratum. L. INTER FRIGIDA FERVET.

440.

Arte, & suavi suâ dexteritate multos ad vitæ severioris amorem perducit. Scala Musica in cantu, quem vocant, *duro* posita. L. PER DURIORA DULCIOR.

441.

Aliquos è primis Socijs ad se trahit Petri Fabri operâ. Officina vitriaria, prostantibus phialis JESU nomine insignitis. L. NON SINE FABRI SPIRITU.

442.

Decem socijs, quorum primus Ignatius, Societas JESU coalescit. Numerus Arithmeticus 10. L. EX CONJUNCTIONE PERFECTIO.

CDXLIII.

Cum his voto se obstringit ad procurandam salutem animarum. Speculum ustorium Solis radios contrahens, & in vepretum dirigens. L. COGIT, UT CREMET.

444.

In Patriam redux à familiaribus, civibus, & Clero excipitur. Aurora volucres & flores excitans. L. UNA EXCITAT OMNES.

CDXLV.

Concionantis vox ad trecentos passus exauditur. Tormentum bellicum in suggestu. L. IGNE PROCUL MITTENTE.

446.

Energumenos Crucis signo, & ad sodales Lauretum missâ Epistolâ Domum illam à Lemuribus purgat. Aurora inauspicatas volucres fugans. L. AFFULGET, ET FUGAT.

447.

Vitam instituit proximorum saluti promovendæ accommodam. Gladius. DAT ACIEM LÆVOR.

448.

Sodalem morti proximum ipse febri laborans sanat. Organum tractorium gravem molem attollens. L. IN TENUI VIS.

449.

A Christo Crucem bajulante promissionem accipit, fore eum sibi Romæ propitium. Vestigium templi in Crucis formam descripti. L. FASTIGIA SIGNAT HONORUM.

CDL.

Se summo Pontifici ad omne Religionis obsequium devovet. Pura Tabula, parataque picturæ. L. QVÆ FORMA PLACEBIT.

451.

A Paulo III. ejus Institutum approbatur dicente: *Digitus DEI est hic.* Mundi globus. L. INDICAT AUCTOREM.

CDLII.

S. Franciscum Xaverium in Indias mittit. Geminus globus, è quorum altero in alterum flamma per papyraceum tubum transmittitur. L. UNUS NON SUFFICIT.

453.

Societati universæ præponitur. Fornax stillatoria, igne suppositо. L. SATIS OMNIBUS UNUS.

454.

Religiosæ vitæ votis se cum Socijs devincit. Arbor, cujus rami circulis ligneis colligantur. L. VINCTA FOECUNDIOR.

CDLV.

Generalis Præpositus renuntiatus ad infima Domûs Ministeria se demittit. Lilium languido & incurvo collo. L. CELSUM RESPICIT IMA.

456.

Inducit Sacramentorum frequentiam. Uvæ racemus, & manipulus spicarum mensæ impositus. L. DISCREVERE ERRIS HOMINES.

457.

Ex objectis falsò criminibus ejus sanctitas relucet. Microscopium. L. VERITAS EX MENDACIO.

458.

In invidiam cum Socijs adductus, postquam aliquamdiu publico abstinuissent, perspectâ innocentiâ, cum plausu erumpunt. Flores vimineæ thecæ, quâ fuerant contecti, operculo remoto sese erigentes. L. POST EXACTAM HYEMEM.

CDLIX.

Constituit Collegium Romanum. Arx figuræ Hexagonæ. L. A FORMA MUNIMEN.

CDLX.

Ab Societate honores depellit. Lauri vineam inumbrantes. L. ORNANT SED IMPEDIUNT.

CDLXI.

Sibi suisque tesseram facit: *Ad majorem Dei gloriam.* Primum mobile cum Circulis inferioribus. L. RAPIMUR MAJORE.

462.

Obedientiam proprium Societati characterem facit. Nomen JESU opere topiario expressum in hortulo. L. A FLEXU FORMA.

463.

Catechismi pueris tradendi morem instituit. Avis escam pullis offerens. L. MOLLIA DAT TENERIS.

464.

Item Juventutem in Scholis instituendi. Malum Citrium modulo inclusum. L. DONEC FORMETUR.

CDLXV.

Societatem toto terrarum orbe disseminat. Zodiaci, & Ursæ sidera. L. FERVIDIORA LATIUS.

CDLXVI.

Socijs legem scribit diversa loca peragrandi. Sidera cælestia. L. VERTIGINE PROSUNT.

467.

Monitum dat ijsdem: *Ite, inflammate omnia.* Ager à vepribus igne purgatus. L. INCENDERE PRODERIT.

468.

Adlecti ab Ignatio Socij Apostolorum nomine in Lusitania nuncupantur. Malum Punicum apertum, & coronatum. L. HONOR OMNIBUS IDEM.

CDLXIX.

Varios in Societate Gradus constituit. Varia Columnæ segmenta seorsim elaborata. L. ORDO DABIT FORMAM.
Vel: PARIT ORDO DECOREM.

470.

Societatem muneribus omnibus aptat ad Animarum quæstum faciendum accommodatis. Aqua è varijs siphunculis majoribus, minoribusque prosiliens. L. FORMAM SE FINGIT IN OMNEM.

471.

Tanquam potestatem habens loqui dictus. Sententia: *Quid prodest homini &c.* In marmore cælata. L. IMPRIMIT QVOD EXPRIMIT.

472.

Judæum pertinacem tribus solis verbis: *Mane nobiscum Isaac*: ad Christianam Fidem adducit. Navis à Remora ad puppim hærente retenta. L. NON MOLE SED VI.

473.

Æterna contemplans in nulla rerum volubilium acquiescit. Falco prono capite versatili radio insidens. L. ADIMIT VERTIGO QVIETEM.

CDLXXIV.

Inter ardentissimas preces vim profuudit lacrymarum. Ex Amphorâ Mathematicâ fonticulus erumpens. L. DUM CALET EXILIT.

475.

Earum donum, novo Dei munere, pro arbitrio temperat. Aquæ fons obductâ clave retenta, ne effluat. L. DA VENIAM ET VENIAM.

476.

Sacris operantis capiti ingens flamma insidere conspicitur. Speculum planum radios Solis reflectens. L. INCIDIT IN PURUM.

477.

Inter sacrificandum, & precandum è terra sublimis conspicitur. Tubulus pyrius. L. ELEVAT ARDOR. Syll. Men.

478.

Redditas inter orandum ex Hispania literas cremat. Victima Aræ imposita. L. PROCUL ESTE PROFANI.

CDLXXIX.

Singulis horis conscientiam suam examinat. Avis simulacrum opere topiario formatum ponè jacente forfice hortensi. L. SERVAT SOLERTIA FORMAM.

480.

Unius animæ salutem multis laboribus quærit, & parat. Organum Tractorium gravem molem attollens per varias trochleas. L. NON UNO ATTOLLITUR ORBE.

481.

Salutis suæ præsentis securitatem laborioso animarum lucro postponit. Sacculus frumenti in agro. L. SPEM CREDE LABORI.

482.

Constantiam servat in utraque fortunâ. Adamas inter malleum, & aquæ craterem. L. NON MOLLIOR NEC FRANGOR.

483.

Affectiones animi omnes rationis imperio subjicit. Horologij machina, cujus rotæ funiculo circumducto aptequè dispositæ ita continentur, ut illius vis attemperetur. L. ACCIPIUNT VIOLENTA MODUM.

484.

Ad ardua quæque divini obsequij causâ paratissimum animum habet. Tracta per anthliam sursum aqua in craterem influit. L. SPIRITUS INTUS AGIT.

CDLXXXV.

Religiosam paupertatem Societati ceu Matrem commendat. Uvæ botrus è vite in maceriam inclinatus. L. IN NUDA MELIOR.

CDLXXXVI.

Castitatem modestiâ oculorum tuetur. Lumen lucernâ clausum. L. TUTUM QVIA TECTUM.

487.

Animum ab humanis ad divina facillimè sustollit. Conversa ad metã Bombarda. L. EST TETIGISSE SATIS.

488.

Prophetiæ Spiritu à DEO donatus, futura, & animorum arcana cognoscit. Nux pinea. L. PATET AD FLAMMAM.

CDLXXXIX.

Vultum ejus radijs coruscantem S. Philippus Nerius, & alij aspiciunt. Lunæ discus infernè illuminatus inter sidera. L. CLARA VIDENT CLARAM.

CDXC.

In Mortis meditatione mira voluptate perfunditur. Apicula thymo insidens. L. DULCESCIT AMAROR.

CDCXI.

Animam cælo, Deoque reddit. Cereus extinctus postremas scintillas in cælum jaciens. L. DESERUISSE JUVAT.

492.

In ejus feretro lucentes stellæ apparent. Examen apum alveare suum circumvolans. L. AD SUA FUNDUNTUR.

CDXCIII.

Sanctorum honoribus consecratur. Sol. L. UT PRÆESSET DIEI. Syll. Men.

495.

Et: Impositus aræ ignis. L. SACRATUR ET SACRAT. Bovius.

CDXCVI.

Et: Phœnix in suo rogo. L. MURIO Y NACIO. Mortuus & Natus. *Quia Sanctorum dies mortis, Natalis ab Ecclesia appellatur. Est autem allusio ad nomen S. Ignatij, quod in linguâ Hispanicâ scribitur Ynacio.* Syll. Men.

Vel: L. PROSILUIT BUSTO. Idem.

M.
S. MARIA
Dei Mater & Virgo.
SINE LABE CONCEPTA.

CDXCVII.

Luna cælo nocturno, vix apparentibus stellis. L. NELLE TENEBRE ALTRUI SPLENDO BEATA. *Splendeo, cuncta tenentibus umbris.*

Vel: TENEBRÆ EAM NON COMPREHENDERUNT. Syll. Men.

CDXCVIII.

Et Laurus Arbor inter plures alias arbores fulmine prostratas intacta. L. INTACTA TRIUMPHAT.

Vel: TIMEANT ALIÆ. Idem.

499.

Statua Deiparæ, assidente propè Leone. L. NEMO DOMINAM MEAM TANGAAT. *Dictum Philippi.* Bruxell.

500.

Tulipa in Horto. Vel Malus Persica. L. NIL PATRIÆ TELLURIS HABET. Iidem.

DI.

Luna Nascens. L. QVANDO PICCIOLA E, PIU D' OMBRE E PURGATA. *Minimæ nec Minima Macula.*

Vel. SINE MACULA.

DII.

Fons è Monte erumpens aquæ dulcis. L. MARI QVIS CREDERET ORTAM? Bruxellen.

DIII.

Arca Noëmica in Diluvio. L. COMMUNIS DISCRIMINIS EXPERS. Syll. Men.

504.

Ara Monti Olympo impoſita. L. NUBES EXCEDIT. Bruxell.

DV.

Arethuſa fluvius in Mare prorumpens & aquas ſuas dulces nihilominus conſervans. L. DORIS AMARA SUAM NON INTERMISCEAT UNDAM. Cætus Marianus in Collegio Romano. Famiano Stradæ tributum Symbolum. *Ex Ovid. Metam.*

DVI.

Nix terram operiens. L. MEUS EST AB ORIGINE CANDOR. Syll. Men.

507.

Roſa inter ſpinas. L. INNOXIA FLORET.
Vel: EX SPINIS SINE SPINA. Idem.

DVIII.

Aurora. L. INTAMINATIS FULGET HONORIBUS. *Ex Horat.* Silv.

DIX.

Olympus Mons ſupernè Sole colluſtratus, furentibus intra ventis, & imbribus. L. NO LLEGAN TAN ALTO. *Non tam altùm pertingunt.* Silv.

DX.

Unio ſeu Margarita in concha ſemiaperta. L. INTRA UTERUM JAM PURA FUI. P. L'Abbé.
Vel: CÆLESTIS ORIGO. *è Virg.* Idem.

DXI.

Stella Polaris. L. NUNQVAM OCCIDIT. Idem.

512.

Nubes orientis Lunæ radijs fulgens. L. NONDUM NATA NITET. Men.

DXIII.

Sol oriens. L. IN SPLENDORIBUS EX UTERO. *Pſal. 109.* Idem in Syll.

514.

Et Luna Plena. L. SURREXIT LUCIDA. Idem.
Vel: SOLIS CORUSCA LUMINE. Idem.

NATA.

DXV.

Ex Parentibus ſterilibus. Oliva in areti, quam amat, & lapidoſâ terrâ. L. QVÆ NULLI, FECUNDA MIHI EST. Silv.

516.

Et Palma, ſimiliter. L. NON DEFICIT IN ARIDO. Bruxell.

DXVII.

Aurora. L. OPTATI PRODROMA SOLIS.
Vel: GENITRIX PRIMÆ LUCIS.
Vel: OPTATUM FERET ILLA DIEM.
Vel: SPES PROXIMA PHOEBI. Syll. Men.

DXVIII.

Columba Oleæ ramum in Arcam Noëmicam inferens. L. NOVI SPES ALTERA MUNDI. Syll.

519.

Alcyon nidum ſuum componens, mari deferveſcente. L. PACEM AFFERET UNDIS. P. L'Abbé.

PRÆSENTATA.
In Templo.

DXX.

Botrus Phialæ perſpicuæ incluſus. L. DUM MATURESCAT. Silv.
Vel: CUSTODIA SERVAT.

521.

Arbuſculæ palis alligatæ. L. TENERÆ SIBI VINCULA POSCUNT. Brux.

522.

Nomen MARIÆ cortici arboris inſcriptum. L. CRESCETIS AMORES. Silv.

DXXIII.

Cœtus ab hoc B. V. Myſterio nuncupatus, ſodales Marianos complectens. Apes in ſuo Alveari. L. MELLA PARANT CERAMQVE ARIS. P. L'Abbé.

SALUTATA
Ab Angelo.

524.

Pro Virginitate ſua ſolicita. Mus Ponticus à ſordibus fugiens. L. MORS MIHI MUNUS ERIT. Silv.

DXXV.

Dei Verbo gravida. Globulus Bombycinus. L. CHI MI FORMO NEL SENO MIO RIPOSA. *Qui me formavit, in ſinu meo requieſcit.* D. Bolzi.

DXXVI.

Conchylium Margaritiferum Cælo & Solis radijs apertum. L. SEMINE AB ÆTHEREO.
Vel: RORE PURO FECUNDOR. Bruxell.

DXXVII.

Sol in ſpeculum incidens. L. FERIT SINE VULNERE. Silv.

DXXVIII.

Sera Litteraria. L. UNIUS CONSCIA VERBI. Bruxell.

DXXIX.

Echo in ſua Rupe. L. SOLI SUM PERVIA VERBO. P. L'Abbé.

530.

DEO fæta. Organum, vel uter pneumaticus. L. ME SPIRITUS IMPLET. Men.

DXXXI.

Gratia Plena. Aquila in Solem oculos defigens. L. SOLIS JUBAR UNICA PERFERT.
Vel: UNA Vel: SOLA CAPAX SOLIS. Idem in Syll.

DXXXII.

Partum exſpectans. Struthio-Camelus ovum ſuum fixis oculis intuens. L. DONEC EGREDIATUR. P. Areſius.

INVISENS
Ad
ELISABETHAM.

DXXXIII.

Navis Oneraria plenis velis invecta, & vix aquis exſtans. L. ONUSTIOR HUMILIOR. *Quia major venit ad minorem.* Syll. Men.

DXXXIV.

Spica curvato cacumine. L. QVIA PLENA, RECURVOR. Brux.

535.

A Divino Spiritu ad hoc Iter impulsa. Tubulus papyraceus in altum evolans. L. SPIRITUS INTUS AGIT. Silv.

DXXXVI.

Et ab eo, quem utero gerebat. Alcyon nidum suum agens ad Maris sinum. L. HIC REGIT ILLA VEHIT. Bruxell.

537.

Lampas suspensa, & ardens. L. LUCEM UTERO GERIT. Men.

538.

Et: Spica triticea. L. FERT QVO REFICIMUR.

DXXXIX.

Ejus in salutatione Canticum. Organum pneumaticum mensæ impositum non apparentibus follibus. L. DUM SPIRITUS AFFLAT. Moyn.

DXL.

S. Joannem Baptistam exhilarat, & ab originario peccato post sextum à conceptu mensem liberat. Sol in signo Arietis. L. SEMESTRES TOLLIT TENEBRAS. Silv.

DXLI.

S. Elisabetham salutat, & amplectitur. Duæ Palmæ apicibus mutuò inclinatis. L. BLANDA SE PACE SALUTANT. P. L'Abbé.

PARIENS. MATER ET VIRGO.

DXLII.

Deipara. Aurora. L. PARIO QVI ME PARIT. Syll. Men.
Vel: NATA PARENSQVE. Silv.

543.

Organum Musicum. L. SPIRITUS SUPERVENIET IN TE. Men.

544.

Concha margaritifera radijs Solis exposita. L. PARIO CÆLESTI E SEMINE. Bohours.
Vel: CÆLO FECUNDA PARENTE.

545.

Horologium solare meridiem designans. L. ALTISSIMUS OBUMBRABIT TIBI. Men.

DXLVI.

Mater & Virgo. Malus Aurea, pomis & floribus gravis. L FLOREM NON ADIMIT FRUCTUS. Bohours.
Vel: AUTUMNO IN SENO E PRIMAVERA ACCOGLIE. *Autumnum & Ver sinu eodem complectitur.* C. Anticus.

547.

Et: Radius Solis per crystallum trallucens. L. NON NOCUIT PENETRANDO. Syll. Men.
Vel: PERVADIT NEC LÆDIT ITER. P. L'Abbé.

DXLVIII.

Et: Vultur à Vento Australi, ut ajunt, fecundatus. L. CÆLO SPIRANTE MARITOR. P. L'Abbé.
Vel: VIRGO CONCIPIET. P. Aresius.
Vel: CONCIPIT SPIRITU. Lucarinus.

DXLIX.

Extra Patriam filium ſuum enixa. Gallina nullum ſibi, ut aves aliæ, nidum cõſtruens, ſed in paratis alienâ operâ corbiculis ova ponens. L. PARIT IN ALIENO. Idem.

DL.

Virgo ſemper unica. Phœnix. L. VIRGO SINGULARIS. Syll. Men.

DLI.

Soli ſervata Deo, ac pervia. Sera Litteraria. L. UNI PATET VERBO. Fam. Strada.

LUSTRATA
In Templo.
Singulari Humilitatis exemplo.

DLII.

Legi Moſaicæ Purificationis ſe ſubjiciens, à quâ erat immunis, adeoque ultro ſe per Humilitatis Virtutem illi ſubjiciens. Sol in meridie ſupra Pyramidem. L. MINIMAS ALTISSIMUS UMBRAS. Syll. Min.

DLIII.

Et: Adamas ex obſcuro lucens. L. A TENEBRIS MIHI MAJOR HONOS. Bruxell.

554.

Roſa conſita prope cæpas. L. FRAGRANTIOR INDE. Iidem.

555.

Et Tabula picta. L. DECOR OMNIS AB UMBRIS.

DLVI.

Columna in ſpeculo concavo refracta & curvata. L. SIBI CONSCIA RECTI.

557.

Vel: Remus in aqua refractus. L. NON IDEO INCURVOR.

DLVIII.

Horologium ſciathericum. L. INDICAT UMBRA DIEM. Iidem.

559.

Maculæ apparentes in Sole, quas putant aliqui, eſſe ſtellas. L. EX MACULIS FACIT ASTRA SUIS. P. L'Abbé.

IN ÆGYPTUM
Cum Filio
FUGIENS.

DLX.

Pro filio tum maximè ſolicita. Alcyon intra nidum majore ſui parte receptâ fluctuans. L. NUNC OMNES TERRENT AURÆ. Bruxell.

DLXI.

Leæna Ignem fugiens. L. LUX INIMICA FUGAT. Silv.

DLXII.

Filium complexa, & fugiens. Apis volans, & lapillo ſe adverſus ventorum impetum confirmans. L. DAT VIRES PONDUS. Idem.

563.

Et: Luna interpoſita Soli. L. ABSCONDIT ORBI.

564.

Filium ſuum per annos triginta domi ſuæ, ac ſecum retinens. Luna ſub Sole. L. TOTUM SI POSSET HABERET. P. L'Abbé.

LU-

LUGENS FILII CRUCIATUS.

DLXV.

Perstans cum Christo, dilapsis fugâ Discipulis. Stella Vespertina cum occidente Sole. L. EOI OCCIDUIQUE COMES.
Vel : L. SOLA CUM SOLE. Syll. Men.

566.

Ad pedem Crucis. Turtur in aëre pendens supra aridam arborem. L. HIS QUONDAM SEDIT RAMIS. Idem.

567.

Duæ Palmæ mutuò inclinatæ. L. SENSUS INEST. Bruxell.

568.

Et : Geminæ Citharæ. L. CONCORDES ANIMÆ. Iidem.
Vel : L. UNAM TETIGISSE SAT EST. Silv.

DLXIX.

Cruci assistens. Luna in Eclipsi. L. MORIENTIS SIDERIS UMBRA. P. L' Abbé.

DLXX.

Et : Heliotropium ad occidentem solem conversum. L. ABEUNTEM QUOQUE. Abb. Ferrus.

DLXXI.

Et: Venus stella post solem occidens. L. SEQUITUR DESERTA CADENTEM. Men.

DLXXII.

Post Filii è Mundo excessum, & in Cælum Ascensionem superstes. Penna scriptoria. L. VICARIA VERBI. Men.

MORIENS.

DLXXIII.

Ex amore. Nix à sole diffluens. L. LIQUITUR ÆSTU. Bruxellen.

574.

Cælo pridem ac semper matura. Poma seu Pyra ex arbore labentia. L. MITIA SPONTE CADUNT. Iidem.

DLXXV.

Corruptionis expers, à Filio præstita in sepulchro. Rex Apum super suo Alveari. L. SUA REGNA TUETUR. P. L' Abbé.

ASSUMPTA IN CÆLUM.

576.

Ad cæli regnum subvecta. Nubes clara, & illustris. L. ELATA NITET. Syll. Men.

DLXXVII.

Et : Tubulus pyrius in cælum subvolans. L. LEVAT ENTHEUS ARDOR. Bruxellen.

578.

Magnes anulum ferreum in sublime tollens. L. DULCIS AMOR TRAHIT. Iidem.

579.

Et : Sol summo cælo effulgens. L. REGNI EJUS NON ERIT FINIS. Syll. Men.

DLXXX.

Innixa super Dilectum suum. Avis Paradisiaca compari suo innixa, unâque volans. L. INNIXA ASCENDIT. Arevsius.

DLXXXI.

Ac ſuo etiam merito, ac Dignitate exaltata. Conchylium Unione ſuo jam vacuum, ſplendens tamen. L. EXUVIJS DEBETUR HONOS. P. L' Abbé.

582.

Plaudente cæleſtium choro geniorum excepta. Alauda ſeu Caſſita cæterarum cælum verſus ſcandentium, & concinentium dux. L. OMNIS QVAM CHORUS. (ſupple) *Et ſocij comitantur ovantes.* Syll. Men.

583.

Et: Ovum infra perticam poſitum, &, quia rore cæleſti plenum, à ſole ſurſum elevatum. L. HUNC ILLI REX ÆTHERIS ALTUS HONOREM. *Ex Ovid.* Bruxellen.

DLXXXIV.

Et Iratum orbi Deum placatura. Signum cæleſte Virginis inter Leonem & Libram (Divinam Juſtitiam) poſitum. L. CÆLESTES TEMPERAT IRAS. P. L' Abbé.

Et Sol in Virgine. L. JAM MITIUS ARDET.

585.

Inde Homines ad ſe vocat, & Iter commonſtrat. Navis prorâ conversâ ad ſtellam Polarem. L. ITER PARAT TUTUM. Syll. Men.

B.mæ V. MARIÆ VIRTUTES.

DLXXXVI.

Modeſtia ejus, & Humilitas perfectiſſima cum ſumma excellentia, quæ in purum hominem cadere poteſt, Divinâ videlicet Maternitate, conjuncta. Nubes, in qua Sol Parelium, ſive ſimillimam ſui Imaginem exprimit. L. QUIA RESPEXIT E' Cantico Deiparæ. R. D. Paulus Areſius. *De hoc ſymbolo P. Claud. Franc. Meneſtrier ita diſſerit. Concinnius & elegantius ſymbolum excogitari haud poteſt: nihil enim ad modeſtiam, & humilitatem Virginis exprimendam accommodatius erat Nube terrenis è vaporibus compoſitâ. Lemma quoque prorſus ijsdem verbis conſtat, quæ in Cantico ſuo ipſa protulit, & Divinæ Gratiæ vim ac virtutem graphicè repræſentat. Ut adeò ipſa ſibi hoc ſymbolum erexiſſe Deipara videri queat.*

587.

Et: Iris Solem viciſſim reſpiciens. L. SOL PERCHE MI RIMIRI OGNUN M'AMMIRA. *A te reſpecta reſpicior.* Syll. Men.

588.

Et: Luna plena in oppoſitione cum Sole. L. PLENISSIMA CUM DISTAT. Idem.

589.

Et: Luna inter ſtellas. L. MAJOR QUIA HUMILIOR.

590.

Ancillæ nomine ſe deprimentis. Stella Firmamenti. L. QUO ALTIOR MINOR.

591.

Vel : Stella Saturni. L. MINOR ESSE VIDETUR QUÆ SUMMA EST. Idem.

DXCII.

Sanctis omnibus præcellens Luna inter Stellas. L. INTER OMNES.

Vel : L. ENTRE TOUTES UNE PARFAITTE. Idem. *Perfecta ex omnibus una est.*

DXCIII.

Ejus Dotes & ornamenta Gratiæ. Sidera toto cælo sparsa. L. NUMERA SI POTES. Alludit ad versiculum illum : *Tot tibi sunt Dotes Virgo, quot sidera Cælo : qui salvo semper Metro tot subire mutationes potest, quot stellas vulgò numerant Astronomi.* Idem.

594.

Conciliatrix est Generis Humani. Signum Virginis inter Leonem & Libram. Ut supra. Et Cultoribus suis per hujus vitæ Cursum tutum ad æternam felicitatem iter præstat. L. HAC DUCE TUTA VIA EST. Idem.

DXCV.

Cultoribus suis pro scuto & præsidio est. Umbella. L. ET SOLEM ET IMBRES. (supple.) *Arcet.*

596.

Et scutum. L. NULLI PENETRABILE FERRO. Idem.

597.

Ejus cultui addictus Urbis cujusdam Magistratus. Signum Libræ, quod proximè sequitur Signum Virginis. L. EX VIRGINE PENDET. Idem.

598.

Consolatrix purgantium Animarum. Luna Plena. L. CUM LUCE REFRIGERIUM.

Vel : NIVEUM DAT VISA DECOREM. Idem.

DXCIX.

Nunquam frustra in Vota vocata Luna Plena : sub qua Conchæ Margaritiferæ, & Testacea omnia implentur è mente Plinii. L. PLENA SIBI, AC ALIJS. Idem.

Et : Aurora. L. NUNQUAM SPECTATA FEFELLIT. Idem.

DC.

Ejus Progenitores. Stellæ solem præcedentes. L. PRÆCEDUNT UT CEDANT. Idem.

601.

Ejus Imago translata pluviam petentibus impertit. Hirundo. L. SEDES ET TEMPORA MUTAT. Idem.

S. MARIA MAGDALENA.

DCII.

A Christo Conversa. Nebula Solis radijs dissipata. L. PERCUSSA SOLIS SPICULO. Syll. Men.

DCIII.

E longa Vitiorum consuetudine in viam Virtutis reducta. Nux pinea foco appolita. L. CALORE RESOLVITUR. Aresius.

604.

Ejus Pœnitentia & Lachrymæ. Iris. L. IN FACCIA AL MIO BEL SOL M' E RISO IL PIANTO. *Dum videar, lachrymæ vel mihi Risus erunt.*

DCV.

DCV.

Et: Amoris vehementiâ expressæ. Fornacula Chymica vulgò *Alembicus.* L. DE MI FUEGO MIS LAGRIMAS. *Unde ardeo inde fluo.*

Vel: ARSO DENTRO, DOLCE FUORI. *Ignescens intus foris dulcescens.*

Vel: L. DI FUOR SI LEGGE COM'IO DENTRO AVVAMPO. *Prodit internos unda liquores.*

Vel: ARDENDO GEMIT.

Vel: NE FA FEDE IL PIANTO. *Testantur lachrimæ.*

Vel: STILLAT ARDENS. Syll. Men.

S. MARTHA TARASCONENIS.

606.

Pro sacello illi ab Archiepiscopo Avenionensi D. Dominico de Marinis constructi. Portus marinus Navibus & mercimoniis celebris. L. OPIBUS ME JACTO MARINIS. P. De Cellieres.

607.

Et: Margarita è Concha prominens. L. UNDIS AUCTA MARINIS. *Alludit ad undas scuti gentilitii Mariniani.* Idem.

608.

In relictam in sacello sacram quandam obscuritatem. Cælum stellis coruscans. L. ILLUSTRES UMBRÆ. Idem.

609.

S. Martha Marinianæ Pietatis Magnificentiâ ornatior. Cycnus undis innatans. L. DELECTOR IN UNDIS. Idem.

610.

Et: Lampas sepulchralis educta è Tumba. L. TUMULUM ILLUSTRAVIT AMICUM. Idem.

MORS SS. BEATA.

DCXI.

Flamma sursum evolans. L. UNDE VENNE RITORNA. *Unde venit Redit.* Syll. Men.

Vel: HUC CURSUS FUIT. *Ex Virg.*

Vel: VIVE IMMORTAL CHI PER VIRTU RISPLENDE. *Æternum vivit, cui à Virtute splendor.*

Vel: REPETIT CÆLUM SUA DONA.

DCXII.

Aquila in solem intentis oculis. L. DEL' SOL LOS RAYOS GOZA. *Radiis solis perfruitur.*

Vel: FACIE AD FACIEM. Idem.

613.

Aurum in Crucibulo. L. NOMEN TERRÆ IN IGNE RELIQUIT. *Ex Tertulliano.* Sylv.

614.

Aquila è pyrâ velut in Veterum Apotheosi ad cælum evolans. L. MELIOR DE FUNERE VITA.

Vel: EX FUNERE VICTOR EVOLAT. Syll. Men.

615.

Et: Fax ardens ad extremum super Ara. L. SE BEN LANGUISCE E MUORE. *Vel languens moriensque (niteti.)* Idem.

DCXVI.

Phœnix in suo busto. L. DOPPO LA MORTE PIU VIVACE. *A morte Vivacior.*

Vel: EX MORTE IMMORTALITAS.

Vel: DE MORT' A VIE. *A morte ad Vitam.*

Vel: VITÆ ODIO PRÆSENTIS, ET ADVENIENTIS AMORE.

Vel: POST FATA SUPERSTES.
Vel: NATALE FUNUS Idem.

DCXVII.

In morte P. Caroli Spinolæ pro Christo flammis exusti. Salamandra in Igne. L. DULCE ET DECORUM EST. *Ex Horat.*

618.

Vel: Phœnix. L. NON POTERAT FATO NOBILIORE MORI.
Vel: DE MI MUERTE MI VIDA. *De mea morte mea Vita.*
Vel: MELIOREM INCENDIA REDDUNT.

DCXIX.

Relicto magno sui desiderio, & præclarâ sanctitatis opinione. Pastillus fumans. L. LO SPIRTO AL CIEL ET IN TERRA L' ODORE. *Cælo spiritum, Terris odorem.*

620.

Et: Sol Occidens, apparentibus Stellis. L. MANSERE SPARSA SIDERA. Syll. Men.

DCXXI.

A morte prodigiis patratis, & collatis beneficiis inclarescens. Bolis bellica *seu Granatum.* L. VIRES DUM SOLVITUR, AUGET. Idem.

622.

Et: Sol in Meridie. L. MAS LEVANTADO. *Plus (præstat) Altior.*

623.

Et: Luna occidua. L. MORIOR UT ORIAR.

DCXXIV.

Inter sanctos adscriptus. Lumen rotundum in forma Coronæ circa stellam Primæ Magnitudinis. L. DEBITA MAGNIS.

625.

Sol Imaginem suam in speculo reddens L. QVALIS INEST CÆLO.

326.

Virorum Doctrinâ, & pietate præstantium. Scintillæ per aërem scandentes. SI MUEREN SUBEN. *Moriendo Levantur.*

627.

Et: Incorrupti sanctique Judicis, vel Caussidici. Astræa: Sidus. L. NOBIS TE REGIA CÆLI INVIDET.

628.

Princeps singulari Pietate. Sol Occidens. L. SIBI NON MORITUR.
Vel: MIHI NON OCCIDO. D. Chaumels.
Vel: NOCTEM ALIJS RELINQVIT.
Vel: STADIUM CUM LUCE CUCURRIT.
Vel: NON MIGRAT IN TENEBRAS.
Vel: AD LOCUM SUUM REVERTITUR. Homo de Terra sumptus in eandem redit. *Sap. 1.* Syll. Men.

DCXXIX.

Mors pro Religione in Carcere obita. Avicula è cavea erumpens, & libero aëre volitans. L. E CARCERE AD ÆTHERA.

630.

Viro Probo non timenda. Phœnix solem intuens, ardente, cui insistit, pyrâ. L. ULTRO APPETIT.

DCXXXI.

Et: Cycnus Aræ insidens. L. DULCIUS UT CANAM. Idem.

O.

DCXXXII.

Ordo Religiosus toto Terrarum orbe sparsus, & mutuâ caritate Sodalium conjunctus. Cælum stellis coruscum. L. DISSOCIATA LOCIS CONCORDI PACE LIGAVIT. Societati Jesu. Syll. Men.

DCXXXIII. & IV.

Eorum inter se summa voluntatum, & morum Consensio. Apes. L. MENS OMNIBUS UNA. *Ex Virg.*

Vel: } LABOR OMNIBUS IDEM.
Et: } OMNIBUS UNA QVIES. Idem.

DCXXXV.

Ejusdem Caritatis retinens inter Adversa, & insectationes quorumcunque. Idem Cælum interlucentibus uno alteroque Cometâ. L. NEC NOXIA SIDERA TURBANT. Idem eidem.

635.

Quod sibi Scientiæ, & Virtutis comparavit, totum Reip. impendens. Luna Solis radijs collustrata. L. ACCIPIT UT DET.

DCXXXVI.

Studia sua editis voluminibus publicans. Eadem Luna. L. ACCEPTUM COMMUNICAT ORBI. Idem. Eidem.

637.

Et: Galaxia, seu Via lactea. L. COLLATO FULGORE NITENT. Convenit etiam in quodcunque Virorum Eruditorum contubernium, qui collatis studijs insigne aliquod Opus in lucem ediderunt. Idem.

638.

Institutioni Pueritiæ peculiari studio addictus. Gallina recipiendis pullis alas explicans. L. SINITE PARVULOS VENIRE AD ME. Idem.

DCXXXIX.

Ordinum Religiosorum Alumni tametsi Vitam privatam, & obscuram agere videantur, sunt tamen sæpe celebratissimi. Flamma Nocte Mediâ. L. IN UMBRA MAGIS. Idem.

DCXL.

Ordo Monasticus salutis propriæ studio solitudinem amans & silentium: ut Carthusianus. Ignis latens sub cinere. L. UT SERVER TUMULOR. Idem.

DCXLI.

Et Contemplationi rerum Divinarum deditus, Deique amore penitus consumi exoptans. Phœnix solem intuens, & alarum motu rogum suum inflammans. L. INCENDIA POSCIT.

642.

Et Gallus Gallinaceus solem orientem respiciens. L. HINC EXORDIOR. Syll. Men.

DCXLIII.

Nocturnæ Psalmodiæ assuetus. Gallus Gallinaceus. L. CLAMOSIOR NOCTE PROFUNDA.

644.

Et summio mane ad precationem, vel Psalmodiam consurgens. Idem Gallus. L. PROVOCAT ORE DIEM.
Vel: HORIS QVIETIS PSALLIMUS. Idem.

645.

Et ante illam flagris se cædens. Gallus. L. EXCUTIT INDE CANIT. Idem.

DCXLVI.

A terrenarum rerum contagijs Innocentiam ſubducens, & in tuto collocans. Avis Paradiſiaca ſudo æthere volitans: L. PURO NEL PURO. *Purus in Puro.* Idem.

647.

Et ad evitandam malevolorum invidiam, & inſectationes in Monaſterium ſe abdens. Phœnix in ardente Rogo. L. NEMICA FIAMMA AMICA VITA ADDUCE. *Incendia proſunt.*

DCXLVIII.

Nullâ rerum ad Vitam neceſſariarum curâ anxius. Ales in Cavea geminis vaſculis inſtructa, in quibus cibus potusque. L. UNICE SECURUS. *Ex Horat.* Idem.

DCXLIX.

Obedientia Religioſa. Globus in plano poſitus. L. QUOLIBET IMPELLAS DIGITO. Imago Primi ſæculi.

650.

Et: Falco pugno inſidens. L. AD NUTUM. Syll. Men.

651.

Et: Navicula majori navi colligata. L. QUO ME CUNQUE TRAHENT. P. L' Abbé.

652.

Religioſorum Ordinum Vita Mortificationi & Aſperitatibus dedita. Pyra, ſeu Rogus ardens: vel Crucibulum. L. MORTALE REPURGAT. Syll. Men.

DCLIII.

Mundi hujus periculis inacceſſa. Aquila in ſcopuli è mari prominentis cacumine nidificans. L. REQUIES TUTISSIMA. Idem.

DCLIV.

Neque propterea ſui negligens, vel incuria. Navis jactis Anchoris, & retinaculis Littori affirmata. L. TAMEN USQVE MOVETUR. Bruxellen.

DCLV.

Humili ſuâ inopíque conditione contenta. Carduelis Carduum paſcens. L. D' ALTRO NON MI CALE. *Nihil ultra poſco.* Apud Piccinellum.

Vel: HÆC MIHI SOLA PLACET. i. e. Eſca. Syll. Men.

DCLVI.

Paupertas Religioſa. Navicula. L. TUTIOR QUO LEVIOR. Brux.

DCLVII.

Paupertas voluntaria Hominum Religioſorum, eos ad conſequendam Virtutis omnigenenæ Perfectionem expeditiores efficit. Cervus excuſſis ad arborem cornibus. L. PROJECTIS AGILIOR. Abb. Ferrus.

658.

Et ſerpens veterem pellem intra lapidis fiſſuram exuens. L. SPOLIATA ILLUSTRIOR.

Vel: JUVAT ABJECISSE CADUCUM. Bruxell.

Vel: PIU' BELLA E PIU' SPEDITA. *Pulchrior, & expeditior.* Apud Piccinellum.

DCLIX.

Et eadem profitentibus glorioſa. Vexillum militare majore ex parte diſciſſum. L. QVANTO LACERA PIU: TANTO PIU BELLA. P. Dan. Bartoli. *Adverte Vexillum Italicè* BANDIERA *feminini-num; genus hîc ſuum retinere unde latinè*

latinè sic exponendum: Quo lacera-tius, eò pulchrius.

DCLX.

Sibi sufficiens. Limax cum sua Cochleâ. L. MECUM OMNIA. Bruxell.

DCLXI.

Utilis, & Tutatrix. Quercus sine foliis & glandibus, ideoque Ventis validiùs resistens. L. IMMOTA MANET. *Ex Virg.* Ibid.

662.

Opum, & rerum perituraram contemptrix. Aquila sublime volans. L. LINQUIT HUMUM FUGIENTE PENNA. *Ex Horat.* Syll. Men.

Ac prorsus incuria ac negligens. Globus in plano positus. L. PARTE SUI MINIMA TANGIT. Sylv.

DCLXIII.

Religiosus Votis adstrictus. Vitis stipiti alligata, & uvis gravis. L. CRESCIT PER VINCULA. P. L' Abbé.

664.

Et in Cœnobio degens. Avicula caveæ affabrè factæ inclusa, & bene curata. L. PIU FELICE PRIGION CHE NON E SCIOLTA. *Captivitas libertate felicior.* Syll. Men.

Vel: Eadem: propè insidiante fele, vel accipitre. L. CAPTIVA SED SECURA.

Vel: AMISSA LIBERTATE LÆTIOR. Idem.

Vel: ALIUNDE PASCITUR. Idem.

665.

Et: Falco cum loro suo, volans tamen. L. VINCIUNT NON VINCUNT.

Vel: IN VINCULIS LIBER. Syll. Men.

666.

Et: Alæ. L. PORTANTEM PORTANT. Idem.

Vel: ONUS LEVE. Aresius.

DCLXVII.

Et: Navis suspensa e tholo Templi, vel potiùs ut erant Columnæ Rostratæ, Columnæ imposita. L. EXTRA DISCRIMINA. Bruxell.

DCLXVIII.

Religiosus Præses, vel etiam Episcopus. Ejus Vigilantia pro sibi subjectis. Grus pede sublato lapidem tenens. L. UT ALII DORMIANT.

Vel: UNA OMNIBUS. Syll. Men.

DCLXIX.

Religiosorum ex hac vita transitus felix. Bombyx è calathisco suo alatus prodiens. L. E CARCERE PENNAS. Idem. Vide plura iuferius in Voce: VIRGINES RELIGIOSÆ.

P.

PIETAS Et RELIGIO.

DCLXX.

Erga Deum vel vitæ impendio contestanda. Thuribulum fumans Aræ Impositum. L. DUM PLACEAM PEREAM. Bohour.

Vel: DUM FLAGRAT FRAGRAT.

Vel: PEREAM, DUM PLACEAM.

DCLXXI.

Beati Amedei Sabaudiæ Ducis. Lampas è Tholo Templi suspensa. L. LUX

LUX TENUIS SED TOTA IMPENDITUR ARIS. Men.

672.

In ſacram Syndonem, ſeu Sudarium, Taurini aſſervatam: Principis Sabaudi. Navis Velifera. L. MIHI SPES UNA IN SYNDONE. Idem.

DCLXXIII.

Ducis Bellici. Vel Regis. Thuribulum fumans. L. ET SACRO CARPITUR IGNI. Aulæa Regia.

DCLXXIIII.

Et: Nubes Parelia. L. RESPICIO UT PERFICIAR. Moyn.

675.

Innocentij XI. Pont. Max. & Sanctiſſimi. Duo ſigniferi in Tabula Luſoria Schaccorum (*ſunt illi Teſſera gentilitia.*) L. STANT PRO REGE CADUNTQUE. Bovius.

676.

Alexandri VII. Montes Chiſij ſex cum impoſito ſidere. L. COMMERCIA SURSUM. Idem.

DCLXXVII.

Et: Ara: Sidus. L. CONFESSA DEUM Syll. Men.

687.

Item: Veſuvius ardens. L. FIN AL CIELO. *Ad cælum usque.* Moyn.

679.

Ipſo uſu creſcens. Lampas, cui manus oleum affundit. L. NE DEFICIAT. Syll. Men.

680.

Victima Aræ impoſita. L. PROCUL ESTE PROFANI. Idem.

DCLXXXI.

E rerum cælæſtium meditatione aucta. Speculum cauſticum. L. ARDOR E CÆLI LUCE. Idem.

DXLXXXII.

Et: Principis feminæ. Stella in Firmamento. L. CÆLO HÆRET TERRIS LUCET. Bohours.

DXLXXXIII.

Pietas Benefica. Thuribulum fumans. L. DILETTA CONSUMANDOSI. *Dum conſumitur delectat.* Verum ſymboli & antiquius lemma eſt Græcum. ΑΠΟΛΛΟΥΜΕΝΟΣ ΕΥΦΡΑΝΕΙ. *Ita de Cephiſodoro dixerat Antiſtenes apud Ariſtot. 3. Rhet. c. 4. Quod deinde Fauſtus Burgheſius adoptavit.* Apud Bohour.

684.

Pietas ſincera ac germana, non cognitionem tantùm, ſed & affectum exigit. Aquila unam ſolùm alam explicans. L. NON SUFFICIT UNA. Syll. Men.

685.

Inconcuſſa, gliſcente circumquaque Hæreſi. Columna Iſraëlitica Ignea. L. PRISCA LUX DUX CERTA SALUTIS. *Card. Crecqui.* Idem.

XCLXXXVI.

Divini Amoris præſidio ſervata. Sol lumine ſplendido, & albicante. L. MIHI CANDOR AB ÆSTU. Idem.

DCLXXVVII.

Rerum terrenarum negligens, & contemtrix. Avis Paradiſiaca. L. SOLI SE CREDIT CÆLO. Moyn.

688.

Et: Viola Panniculata. L. CÆLESTIA TANTUM. Men.

DCLXXXIX.

Ludovicæ Lotharingicæ. Iris. L. CÆLI TERRÆQUE DECUS. Idem.

DCXC.

In sacras Divorum Reliquias. Urna Vetus. L. SACRA PIGNORA CONDIT. Idem.

POENITENTIA.

DCXCI.

Lacrymosa: fecunda bonorum operum. Vinea. L. DOPPO LE LAGRIME I FRUTTI. Bohours.

Vel : quæ prioris est expositio latina. POST LACHRIMAS JAM FUNDET OPES. Bruxellen.

692.

Et : Cycnus in Aqua. L. PURIOR UT FIAM. Syll. Men.

DCXCIII.

Et : Columba solitaria, seu Turtur. L. GEMITIBUS GAUDET. Idem.

694.

Et : densæ nubes in pluviam mox resolvendæ. L. EXCUSSO IMBRE NITESCENT. Idem.

DCXCV.

Et Fornax stillatitia. L. EST HONOR ET LACHRYMIS. *Ex Ovid. Metam.*

Vel: IN LACRYMAS COGIT. Bruxell.

Vel : Fornax Vitriaria. L. EFFICIT ET REFICIT. Syll. Men.

DCXCVI.

Voluntariæ asperitatis præsidio se communiens. Margaritum in sua Conchâ foris dura & aspera. L. ME DURA TUENTUR. Bohour.

697.

Et : Ericius. L. ASPERITATE TUTUS Apud Piccinell.

698.

Eadem : vitæ novæ principium. Surculus insitus arboris ramo. L. POSTHAC ERIT ALTERA VITA. Brux.

Vel : NON SUM QUI FUERAM. *Ex Ovid.* P. Engelgrave.

Vel : IDEM ET ALTER.

DLXCIX.

Pœnitens à Deo illuminatus ad pervidendam miseram Vitæ suæ conditionem. Falco, detracto cucullo, exsiliens. L. RECEPTO VISU LIBERTATEM ARRIPIT. Apud Typot.

Vel : INDARNO LO RICCHIAMI. *Frustra revocas.* Syll. Min.

700.

Et pravâ consuetudine denique superatâ. Avicula abrupto filo, quo attinebatur. L. EFFRACTO LIBERA VINCLO. Idem.

Vel : eadem è Reti elapsa. L. CAUTIOR HINC.

701.

Et positas sibi insidias, quibus captus jam fuerat, deinceps evitans. Ardea Rete tensum prætervolans. L. NON BIS IN EUNDEM. *Intellige laqueum.* Idem.

XCCII.

Vel : Avicula propositam in decipula escam tangere negligens. L. NON TANTI EST ISTA VOLUPTAS. Brux.

DCCIII.

Nisi peccandi occasiones, & consuetudinem relinquat, nihil agit. Canis cum catena, qua ligatur, auffugiens. L. RURSUM QUO CAPIATUR HABET. Idem.

704.

Pœnitens Veterum errorum, & ad meliorem Vitam reductus. Phœnix. L. REDIVIVUS E CINERE. Syll. Men.

705.

Expurgatâ per Pœnitentiæ sacramentum

Conſcientiâ, reſtitutus. Gallina pulverem, quo ſe aſperſit, excutiens. L. MUNDA REDIBIT.

DCCVI.

Et: Pavo pennas mutans. L. BELTA PERDO SOVENTE E LA RACQUISTO. *Formam ſæpe deperdo, ſæpe recupero.* Item.

707.

E Cognitione intimâ ſui & horrore ad meliorem frugem reductus. Baſiliſcus in ſpeculo ſe contuens. L. IPSE PERIBIT. Idem.

DCCVIII.

Dei potiſſimùm Lumine ac Virtute. Arbor folijs deſtituta, & emortuæ ſimilis, Sole in ſigno Arietis radiante, refloreſcere incipiens. L. INDUET IN FLOREM SESE. P. Gambertus. *Ex Virg.*

DCCIX.

Et è fragili, & voluptatibus emollito ad ſolidas Virtutes translatus. Coralium ex aquis exſtans. L. FUIT HERBA SUB UNDIS. Idem.

DCCX.

Ad conſervandam Virtutem, dignosque Pœnitentiæ fructus faciendos Religioſum ordinem complexus. Bombyx è Calathiſco ſuo excluſus. L. NOVUM MUTOR IN ALITEM. *Ex Horat.*

Vel: NEC VITÆ QUÆRIT ALIMENTA PRIORIS. Syll. Men.

711.

Et: Columba in Templi culmine, vel Turri nidificans. L. TUTA QUIES. Idem.

DCCXII.

Priſtinarum ſuarum deliciarum & pœnitens, & Oſor. Granadilla *flos dictus Paſſionis.* L. RASSEMBRANO FIORI E SON TORMENTI. *Specie flores, reipſa ſunt tormenta.* Apud Piccinell.

R.
S. ROSA.
VIRGO LIMANA

Ejus Vita, & Virtutes.

DCCXIII.

Sub finem Aprilis orta, à Clemente IX. inter Beatos, à Clemente X. inter ſanctos refertur. Roſa dehiſcens. L. CLEMENTI PANDOR AB AURA. *Bovius, cujus ſunt cætera quoque de hac ſancta Virgine.*

714.

A Deipara jubetur Nomen ſumere à S. Maria. Helenium, vulgo *flos Helenæ.* L. DEDIT PULCHERRIMA NOMEN.

715.

A Matre juſſa floribus redimire caput, acus illis ad cruciatum adjungit. Aſphodelus, vulgo *Haſta regalis.* L. MEA GLORIA MUCRO EST.

716.

Ejus Modeſtia ſingularis ſanctitatis odorem aſpectantibus afflat. Viola inter frondes. L. NON CELATUR ODOR

717.

Ab impuris procis adiri ſe non patitur. Flos mirus Hiſpanicus, *vulgo Meraviglia Di ſpagna.* L. NON PANDOR AD UMBRAS.

718.

Comunes etiam conſuetudines, affatusque devitat. Planta pudica. L. TRACTARI DETRECTO. *Ajunt enim hanc plantam tangentis manum refugere.*

DCCXIX.

Deipara frequenti S. Roſæ conſuetudine delectatur. Apis lilio inſidens. L. PURA PARI GAUDET.

720.

720.

S. Rosa nobiles nuptias recusat. Narcissus, *vulgò Tazza d' argento.* L. NON EXTINGUO SITIM.

721.

Divini Judicij metu omnem capitis ornatũ abjicit. Fumaria flores foliáque abjiciens cælo nubilo & fulgurante. L. CÆLI NON SUSTINET IRAS.

722.

Ejus humilitas, aliarum virtutum augurium. Caltha. L. POMPAM PRÆCEDIT ODORAM.

DCCXXIII.

Divinorum cruciatuum meditatione mirè delectatur. Granadilla, *vulgo flos Passionis.* L. TRISTIBUS EXHILARAR.

724.

Contemplatione rerum cælestium molestia & adversantia quæque superat. Papaver. L. DONAT REQUIESCERE CURIS: *Ejus enim semen soporiferum.*

DCCXXV.

Dei Ductum amantissimè observat semper, & sequitur. Heliotropium. L. VESTIGIA SOLIS ADORAT.

726.

Sæpe ad Deum preces, quas *jaculatorias* vocant, & suspiria mittit. Gelsimina. L. BREVI PROLE SED UBERE.

727.

Solidarum virtutum studio insignem redolet sanctitatem. Hyacinthus tuberosus. L. A SOLIDO PROFLATUR ODOR.

778.

A Morbis gravissimis, & propè fatalibus reddiur sanitati vegetior. Amaranthus. L. SECTUSQUE RESURGIT.

729.

Voluntarijs pœnis, morbisque ad virtutem proficit. Cariophyllus rupto caliculo suo. L. IN LACERO SPECTATIOR.

DCCXXX.

Rerum minimarum curâ magnos efficit in sanctitate progressus. Lilium convallium. L. NON PARVA EST GRATIA PARVIS.

DCCXXXI.

Desiderio cælestis Patriæ languet, & liquitur. Hyacinthus simplex. L. VITA MIHI IN GEMITU. *Respicit ad illud Ovidii, quod Hyacintho inscriptæ sint Litteræ AI. sive Aiacis, seu luctûs, quem significat vocula Græca αι. Sic ut vox illa sit Nominis, ista Querelæ. Ut est apud Ovid. in Metam.*

732.

A Deipara excitatur è somno ad precandum. Delphinium, *vulgò Caltar equitis.* L. CUM STIMULO SURGIT.

733.

In contemplatione rerum Divinarum liquidissima cum voluptate versatur. Nymphæa. L. MEA GAUDIA MERGI. *Succrescit enim in undis.*

734.

Divinæ voluntatis afflatibus duntaxat animum aperit. Anemone clausa. L. NON PANDOR NISI FLAVERIT.

375.

In tenui fortuna Dotes animi virtutesque multiplicat. Tulipa. L. LANGUENTE SOLO PROFICIT.

736.

Immortalis gloriæ coronam in cælo promeretur. Corona Imperialis. L. PAR HONOR EST ONERI.

S.

B. STANISLAUS KOSTKA.

DCCXXXVII.

JESU Nomine utero gravidæ Matris impreſſo, cui daturus eſſet nomen, prænoſcitur. Mali citrij fructus modulo Solis incluſus. L. JAM SCIO QUALIS ERIT. Bovius.

738.

A primo rationis uſu virtutis egregia ſpecimina profert. Ficus arbor cum groſſis ficubusque maturis. L. NON FLORE PRÆIVIT INANI. Idem.

739.

Ea, quæ mundus odit, & aſpernatur, amat maximè. Electrum in formam cordis fabrefactum cum feſtuca ipſi affixa. L. EST VILE QUOD OPTO.

740.

Ægrotantem Deipara, tradito in amplexum filio ſuo, ſolatur. Faſciculus Nardi cum floribus in pulvillo. L. AFFLAT ODOREM.

DCCXLI.

A fratre ſuo variis modis vexatus in virtute ſolidatur. Concha Unionis inter fluctus. L. JACTATA DURATUR.

742.

Ab Angelis, præſente D. Barbarâ, pane cœleſti reficitur. Avicula in nido alas explicans, & cibum ſumens. L. ELEVOR ET RELEVOR.

DCCXLIII.

A Patria fugiens ad Societatem JESU longè perrgrinatur. Flamma in cælum evolans. L. CELARI CELERAT.

744.

Chriſtianâ humilitate Virtutem tegere laborat. Bombyx ſuo calathiſco incluſus. L. CUM SE CUMULAT; TUMULAT.

745.

Præ Divini amoris æſtu gelidâ pectus refrigerare cogitur. Ædes ſacra ardens. L. FERTE CITI FONTEM.

DCCXLVI.

Adoleſcens unde viginti annorum obit, meritis cumulatiſſimus. Arbuſcula pomis gravis, & reciſa. L. NECDUM ERAT ARBOR.

DCCXLVII.

Germanum fratrem ſuum Paulum viventi ſibi adverſatum jam cælo receptus frugi facit, & ad ſui imitationem adducit. Solis in nube Parelium. L. ADVERSAM SIBI SIMILAT.

DCCXLVIII.

Patriæ ſuæ hoſtes è cælo pugnans profligat. Nubes agro ſimul impluens, ſimul editam Arcem fulminans. L. ALTRIX ET ULTRIX. Idem.

SANCTI ET SANCTÆ DEI.

DCCXLIX.

Sancti Cælites in commune. Stellæ Firmamenti ſupra ſegetes, Vineas, Hortos &c. L. SUPRA INFRAQVE JUVANT. Syll. Men.

DCCL.

S. Anna Deiparæ Parens. Conchylium Margaritiferum. L. ME PROLES NOBILITAT. Apud Piccin.

DCCLI.

S. Antonius Abbas, & SS. alij Dæmonum insidiis superiores, & invicti. Aquila inter Fulmina. L. NON JUS HABUERE NOCENDI. Syll. Men.

DCCLII.

S. Apollonia in præparatas sibi flammas sponte insiliens. Phœnix in suo Rogo. L. SPONTE CREMATUR. Idem.

DCCLIII.

S. Augustini Conversio. Castor, Pollux, Cynosura. L. IN TENEBRIS ORITUR LUX MAGNA FUGATIS. Idem.

DCCLIV.

S. Carolus Borromæus inter SS. relatus, & publico cultu consecratus. Aquila: Sidus. L. INTER PONIT SIDERA NIDUM.

755.

Vel: Aquila volucris. L. NUNC PROPIUS SOLEM ASPICIT.
Vel: PRECES NON FULMINA MITTET. Idem.

756.

Suis præsidio est. Sidus Castoris, *vulgo S. Elmi vel Ermi.* Supra Navim adversâ tempestate jactatam. L. CERTA SALUS. Idem.

757.

Cæcis Visum restituit. Hirundo pullos suos herbâ chelidoniâ sanans, & illuminans. L. PROFERT LUMEM CÆCIS. Idem.

DCCLVIII.

Viventis asperitas in discruciando corpore. Camelus, Borromææ Gentis Insigne, Crucibus, Cilicijs, flagris oneratus. L. NUNQUAM SATIS. *Alludit ad illud, quod de Camelo dicitur, tum eumdemum assurgere, cùm quantum satis est oneris, impositum fuit.*

DCCLIX.

Et: Honorum atque opum contemptus. Idem Camelus. Mithris, Thiaris, Pedo, Purpura &c. onustus. L. SEMPER SATIS. PP. Mediolanenses.
Unde symbolum duplex conficitur. 1. Camelus procumbens.
Cum Lemmate. NUNQUAM SATIS.
Et Assurgens L. SEMPER SATIS.

760.

S. Carolo felix civitas Mediolanensis. Concha Margaritifera. L. SATIS UNA DECORI.
Vel: HAC PROLE SUPERBIT. Iidem.

DCCLXI.

S. Casimirus Poloniæ Princeps mortem præ Virginei sui pudoris jactura eligens. Mus Ponticus undique à sordibus conclusus. L. MALO MORI QUAM FÆDARI *Tribuit hoc Symbolum P. Moyne S. Juveni, cui profectò magis convenit, quàm Regi Alphonso, vel Ferdinando.*

DCCLXII.

S. Catharina Virgo & Martyr. Pavo explicato Syrmate, *quod Italis & Gallis Rota vocatur.* L. IN ROTA VENUSTAS. Aresius.

DCCLXIII.

SS. Cosmas & Damianus. Gemini. Sidus. L. IL PARI MERTO LOR DEGNO E DI STELLE. *Pari merito Cælum tenent.* Syll. Men.

DCCLXIV.

S. Dionysius Areopagita, visâ Solis defectione, conversus ad Christum. Noctua.

&tuá. L. NOX ILLUMINATIO MEA. Idem.

DCCLXV.

S. Joannes Baptiſta Chriſti Prodromus. Lucifer. L. PRÆSENTEM NUNCIAT.

766.

Et: Luna Occidens, Sole Oriente. L. CEDIT DIURNO LUMINI. Idem.

DCCLXVII.

Deiparæ præſentiâ excitatus in matris utero exſilit. Gallus Gallinaceus appetente die. L. EXCITAT AURORA. Idem.

768.

Et: Perdicis pullus recèns ovo excluſus, mox currens. L. TENERE QUIS POTERIT? Areſius.

Vel: NULLA MIHI MORA EST. Syll. Men.

DCCLXIX.

Ejus Vita in ſolitudine. Avis Paradiſiaca volans in aëre. L. NON MANDUCANS NEQUE BIBENS. Areſius.

DCCLXX.

S. Joannes Evangeliſta. Aquila volucribus alijs elatior. L. SUPERVOLAT OMNES.

Vel: VISU SUBLIMIOR OMNI. Syll. Men.

DCCLXXI.

Deiparæ ſibi à Chriſto in Cruce traditæ Cuſtos. Arbor Inſititia. L. ACCIPIT IN SUA. Apud Piccin.

DCCLXXII.

S. Joſephus B. V. Conjunx, & Adjutor. Ulmus, cui Vitis alligatur. L. TANTUMMODO FULCIMENTUM. Bargaglius.

DCCLXXIII.

Et Rex Apum cum compare volans. L. CONJUNX ET VIRGO. Silv.

Vel: FIDE NON CORPORE CONJUNX. P. L' Abbé.

DCCLXXIV.

S. Laurentius Martyr. Phœnix in Flammis. L. MI FA BEN CHI MI NUOCE *Prodeſt, qui nocet.*

Vel: MORI FESTINAT IN ORTUM.

Vel: TRUOVA SOL NE I TORMENTI IL SUO GIOIRE. *In tormentis exultat maximè.* Syll. Men.

DCCLXXV.

S. Ludovicus Rex. Hercules: Sidus. L. L. VICTOR E CÆLO MEOS SPECTO TRIUMPHOS. *Ex Senec.*

767.

Vel Perſeus. Sidus. L. ADDITUS CÆLIS HONOS. Idem.

Vel: CONTULIT CÆLO DECUS.

Vel: QUANTE IN LUI SON VIRTU SON TANTE STELLE. *Quot Virtutes olim, nunc Stellæ.*

DCCLXXVII.

SS. Martyres in commune. Victimæ ſupra Aram. Boves, Oves &c. L. MORS PRETIOSA. Syll. Men.

Vel: QUEMANDOME TRIUMPHO. *Dum ardeo triumpho.* Idem.

778.

Et: Aries Aræ in Holocauſtum impoſitus. L. MORS HIHI MUNUS ERIT. *Ex Ovid.* Montmor.

779.

Et: Hercules, Perſeus, Argo: Sidera. L. E DOPPO L' ARMI IN CIEL HAN PACE GLI EROI *In Cælo Heroes poſt*

post tot certamina Pacem obtinuêre. Syll. Men.

DCCLXXX.

SS. Martyres plagis suis in cælo triumphantes. Panthera. L. A MACULIS DECOR. Apud Piccin.

DCCLXXXI.

Et: Granadilla Flos: *Dictus Passionis.* L. HANNO FORMA DI TORMENTI E PUR SON FIORI. *Tormenta Innoxia Flores.* Apud eundem.

783.

Et: Arma, Rotæ, Craticulæ &c. suspensæ in modum Trophæi. VEL IN PACE DECORA.

DCCLXXXIV.

SS. Prophetæ. Stellæ. L. SIGNANT VENTURA VIDENTQUE. Syll. Men.

DCCLXXXV.

S. Petri Conversio: ad Galli cantum, & respectum Christi amanter intuentis. Leo hinc flammam inde Gallũ fugiens. L. ALTERUTRO MOVEOR CONSPECTO. Lucarinus.

DCCLXXXVI.

Et: Heliotropium post tempestatem à Sole denuò erectum. L. UT RESPEXIT EREXIT. Rancatus.

DCCLXXXVII.

Tres Reges Christum in Præsepi adorantes. Tria Heliotropia versus Solem inclinatis capitibus. L. FLECTENTES ADORANT. In Porta Pisana.

DCCLXXXIIX.

S. Rosalia Panormitana Virgo Regia. In Montibus solitariam Vitam agens. Aquila in edito & vasto monte nidificans. L. IN ARDUIS PONIT NIDUM SUUM.

789.

Vel: L. IN PETRIS MANET.

Vel: IN PRÆRUPTIS SILICIBUS COMMORATUR. Panormitani. A. 1664.

DCCXC.

Ejus Reliquiæ repertæ Siciliam peste liberant. Aurora cælum illustrans. L. GRATIOR IT DIES. *Ex illo Horatij. Vultus ubi tuus Affulsit populo, Gratior it Dies.*

Vel: NOCTURNAQVE LUMINA CEDUNT. Syll. Men.

DCCXCI.

Post mortem in Cives suos benefica. Rosa è phialâ aquâ plenâ relucens. L. CONSUMPTA MEDETUR. P. Fam. Strada.

792.

ERUITQUE TIMER

DCCCXCVII.

DCCCXCVIII.

CM.

CLASS. II. TAB. XLVIII.

I. C. S. del. *I. G. W. Sc.*

ET PLACIDO METUENDA IOVE.

CMI.

DUM TEGITUR NOCE

CMII.

INGĒTES PARTURIT IRAS

CMIII.

GRADU NON SISTIT IN UNO.

CMIV.

EVEXI SED DISCUTIAM

CMIV.

QUIA PROTEXIT.

CMVI.

MONSTRAT ITER

CMVII.

PUGNAT CONTRA FU GNANTES.

CMVIII.

ET HABET SUA FULMINA

CMIX.

MERUITQUE TIMERI NIL METUENS.

CMX.

ET DUM TENET OTIA TERRET.

CMXI.

NEC MONSTRA MO RANTUR.

CMXII.

CLASS. II. TAB. XLIX.

I. C. S. Del. I. G. W. Sc.

CLASS. II. TAB. L.

J.C.S. del. J.G.W. Sc

REX ORBIS FATA REGIT. CMXXXII.

PORTUS TANTO MONTA. CMXXXIII.

POTENS PAR ONERI INCEDIT CMXXXVI.

NEC PLURIBUS IMPAR. CMXXXVII.

MOLI SUFFICIT ARDUÆ. CMXXXVIII.

OMNIBUS UNUS. CMXXXIX.

MIHI TERRA LACUSQUE CMXL.

UNDARUM TERRÆQUE POTENS. CMXLI.

DUO PROTEGIT UNUS. CMXLII.

FRANGUNTUR NESCIA VINCI CMXLIII.

CULMINA SUMA PETENS CMXLIV.

ET BELLI ET TESSERA PACIS. CMXLV.

I.C.S. del. I.G.W. Sc.

DIGNA DEO FACIES

CMXLVI.

SUPERIS EST GRATUS ET IMIS.

CMXLVII.

IAM ILLUSTRABIT OMNIA.

CMXLVIII.

RELIQUUM DATUR

CMXLIX.

FLOS UNA FRUCTUS QUE MANENT.

CML.

VIDET OMNIA PRIMUS

CMLI.

VIDETQUE FOVETQUE.

CMLII.

UNI CUNCTA PATENT.

CMLIII.

PATET OMNIBUS UNUS

CMLIV.

NATURÆ NON ARTIS OPUS

CMLV.

CANDORE OMNIA VINCIT

CMLVI.

CRESCUNT VIRES ANIMIQUE.

CMLVII.

CLASS. II. TAB. LII.

J. C. S. del.

J. G. W. Sc.



CLASS. II. TAB. LIII.

I. C. S. del. J. G. W. Sc.

TEGITURQUE PARAT DUM FULMINA.

DELICIÆ POPULI.

IUNCTA ARMA DECORI.

CMLXXVI.

CMLXXVII.

CMLXXVIII.

LUDO PUGNÆQUE PA RATUR.

DECUS ET TUTAMEN IN ARMIS.

DUCIT ET EXCITAT AGMEN.

CMLXXIX.

CMLXXX.

CMLXXXI.

IRATUR NATURA SILĒ

DIRIGIT OBLIQUA.

UBIQUE MAGNUS.

CMLXXXII.

CMLXXXIII.

CMLXXXIV.

UBIQUE SPLENDIDUS

CUI SOLI SOL SEMPER

ORBI FULGET UTRIQUE

CMLXXXV.

CMLXXXVI.

CMLXXXVII.

CLASS. II. TAB. LIV.

P. C. Schalck del.

J. G. Wolffgang Sc.

SENSIM NON VI.
LUMINE. NON TURBIN
QUIETO •SIMILIS.
CMLXXXVIII.
CMXCII.
CMXCIII.
SEMOTOS VASTOSQUE CIET
IMMOBIL MUOVE.
ET FULMEN SINE NU BE PARAT.
CMXCV.
CMXCVII.
CMXCVIII.
ADDITO AD VIRTUTEM DOLO.
A GYRO FORTIOR ICTUS
QUIDQUID AGUNT VIDEO
CMXCIX.
M
MI
QUICQUID AGATUR AGO.
ANT VICTA CORONAM
ET TEMPORA LÆTA REDUCIT.
MII
MIV
MVI
CLASS. II.
TAB. LV.
J. C. S. del.
J. G. W. Sc.

MVIII.

MENS AGITAT MOLEM.

MIX.

NO CANSADO Y POR TODO

MX.

QUE SUBJECTIS EXCIPIT UNDIS.

MXI.

SECUM MULTA DIU

MXII.

FULMINIBUS DUM PARCIT IUPPITER.

MXIII.

MEQUE REGIT DUM DIRIGIT ORBEM.

MXIV.

PATRE VIAM MONSTRAN TE.

MXVI.

SOLIS OPUS.

MXVIII.

NEC IAM SUA FULMINA CURAT.

MXX.

IUBETQUE EXPOSCERE PACEM.

MXXI.

COMPOSUITQUE REGITQUE

MXXII.

SECURITAS ALTERA.

CLASS. II. TAB. LVI.

J.C.S. del. J.G.W. Sc.

REX

RELI

GIO

SUS

TIBI SE PERITURA RESERVAT.

MLXXIV.

AUT EXPIABIT AUT OBRUET.

MLXXV.

TERRAS DEVINXIT OLYMPO.

MLXXVI.

FACIES VENIT ALTERA RERUM.

MLXXVII.

LE FAIS DES MES TRAVAUX POUR LE CIEL DES TROPHEE

MLXXVIII.

IVORUM IURA TUETUR

MLXXIX.

ERIT HÆC QUOQUE COGNITA MONSTRIS.

MLXXX.

NOXIA TOLLO.

MLXXXI.

NE MALUS AUFERAT ERROR

MLXXXII.

ET NOS CŒLO TUA MUNERA TOLLUNT.

MLXXXIII.

UT CŒLO ASSURGANT.

MLXXXIV.

VERÆ RELIGIONIS APEX

MLXXXV.

CLASS. II. TAB. LVII.

P. T. C. S. del.

J. G. W Sc.

RIS IMPONIT HONOREM

CURÆ SUNT ULTIMÆ MUNDI.

ARIS PARS PRIMA LABORUM.

MLXXXVI.

MLXXXVII.

MLXXXVIII.

SACRIS IGNIBUS ARDET

UNI POTUIT SUCCUMBERE

FRUSTRA TENTASSENT ALII

MXXXIX.

MXL.

MXLI.

VULNERE UNO CECIDIT

QUOD CONTRA SUPEROS EXSTRUCTA.

EDIT CONVULSA RUINA.

MXLII.

MXLIII.

MXLIV.

ODI PROFANUM VULGUS ET ARCEO.

ILS CRAIGNENT SA VERTU

TOUS VOS CRIS NE'L AR RESTERONT.

MXLV.

MXLVI.

MXLVII.

CLASS. II. TAB. LVIII.

J.C.S.del. I.G.W.Sc.

CLASS. II.

TAB. LIX.

I.C. Schalck del.

I. G. Wolffgang Sc.

PURPUREUM IUBAR EST ET DIADEMA TEGIT.

MOSTRIAMO LA SERENITA.

PRIMOS EXCIPIMUS RADIOS.

MLXVI.

MLXVIII.

MLXIX.

LUCIS PRIMA DOMUS.

SEDATQUE CIETQUE.

NOMEN SIBI FECIT EUNDO

MLXX.

MLXXII.

MLXXIII.

LUCEMUS AB UNO

LEX UNA ATTENDERE REGI.

LEX EST QUODCUNQUE NOTAMUS.

MLXXV.

MLXXVI.

MLXXVII.

IOVI EDUCAT.

SEQUITUR LUX MAGNA CADENTEM.

TORQUENT ET DECORANT

MLXXVIII.

MLXXIX.

MLXXX.

CLASS. II. TAB. LX.

I. C. S. del. J. G. W. S.

CLASSIS III.

COMPLECTENS

SYMBOLA ETHICA. POLITICA: PONTIFICUM, REGUM, PRINCIPUM, CARDINALIUM, &c.

Classis III. Tituli.

Adminiſter. Num. I.
Adverſa Fortuna. Num. C.
Ambitio. Num. CXXVI.
Amicus, & Amicitia, Num. CXXX.
Amor. Num. CLIII.
Conjugalis. Num. CCII.
Bellum. Num. CCXXIV.
Beneficentia. Num. 236.
Cardinalis. Num. CCLXX.
Caſtitas. Num. CCLXXVI.
Clementia. Num. CCLXXXVII.
Concordia. Num. 295.
Conſtantia. Num. CCCXII.
Contemptus Honorum, &c. Num. 351.
Dignitas. Num. 359.
Doctor. Num. CCCLXIII.
Femina. Num. CCCLXXIX.
Fidelitas. Num. CCCLXXXVIII.
Forma. Num. CCCXCV.
Fortitudo. Num. CDVII.
Fortuna. Num. CDXII.
Generalis Præpoſitus. Num. CDXXII.
Gratitudo. Num. CDXXVII.
Hæreſis. Num. CDXXXIX.
Judex. Num. CDLIX.
Juſtitia. Num. CDLXXV.
Juventus. Num. CDXCII.
Labor. Num. DXI.
Libertas. Num. 521.
Litteræ: Litterati. N. DXXVI.
Litteratorum Academiæ, Num. 569.
Litterati Academici. N. DCX.
Litterariæ Diſciplinæ. N. 633.
Poëſis, Num. DCLVII.
Poëſeos Natura, Num. DCLXXV.
Poëta. Num. DCLXXXVII.
Artes, & Gymnaſia. N. 719.
Magnanimitas. N. DCCXXVI.
Manſuetudo. N. DCCXXXII.
Matrimoniũ. N. DCCXXXIV.
Miſericordia. N. DCCXXXVI.
Moderatio. Num. DCCXL.
Modeſtia. Num. DCCLII.
Mors. Num. DCCLXIII.
Nobilitas, & Opes. Num. 787.
Orator. Num. 792.
Otium. Num. 825.
Pater Familias. Num. DCCCXXVIII.
Patientia. Num. DCCCXXXVII.
Pax. Num. 845.
Politica. Num. 865.
Pontifex. Num. DCCCLXVII.
Principes, & Magiſtratus. Num. DCCCLXXXVII.
Prudentia. Num. 921.
Sapiens. Sapientia. Num. 969.
Senator, &c. Num. MXVI.
Spes. Subjecti. Timor. Num. 1037.
Vidua, Viduus. ML.
Vigilantia. Num. 1060.
Vindicta. Num. 1073.
Virtus. Num. MLXXV.
Vita Humana. N. MCXXVII.

A.

ADMINISTER.

I.

REgius : è Principis ſui natu, ac genio gerens omnia. Mare, Lunâ imminente. L. UT VARIAT MOVEOR. Apud Bohours.

II.

Et : Mola. L. AGIT DUM AGITUR Hieron. Aleander.

III.

Præſtanti Virtute, Judicio, ac Doctrinâ, & in delectu ſecundariorum Miniſtrorum accuratus. Lapis Lydius nummos aureos explorans. L. QUOS PROBAT ILLUSTRAT. *Quia quos ille dignos muneribus, & amicitiâ ſuâ judicat, illuſtriores reddit.* Bohours.

4.

Et : Sol Iridis arcum deſcribens. L. CON UN GUARDO LO FORMA. *Format eum Aſpectu.* Syll. Men.

V.

Varijs præfecturis admotus, ſemper ſuam opem, opesque omnibus impertiens. Sol effulgens ſuper terras. L. PRÆEST UT PROSIT. Bovius. *Card. Antonio Barberino.*

6.

Et : Apes. UT PROSINT ALIJS. *Thuano : Primo Senatûs Præſidi, cui Apes Teſſera.* Bohour.

VII.

Majori Præfecturæ admotus è minore, quam geſſerat. Aquila nidum in editâ rupe ſibi conſtruens. L. SUBLIME SUBLIMI. Syll. Men.

VIII.

Multis varijsque negotijs preſſus. Arbor pomis gravis. L. DANT PONDERA HONOREM. Idem.
Vel : COPIA ME PERDIT. Barbarigus : *Dux Venetiarum.*

IX.

Diverſis munijs, & negotijs probatus. Aquila. L. PER SUMMA PER IMA. Idem.

IO.

Et ſupra Invidiam provectus. Ardea ſupra nubes elata. L. SUBLIMITATE SECURITAS. Idem.

XI.

Rebus adverſis exercitatus, magnâ ſuâ gloriâ. Sol nebulâ circumdatus undique. L. ADVERSA CORONANT. Thoraſii. Apud Bohours.

XII.

Et : Avis Paradiſiaca ſupra nubes ſudo cælo volitans. L. SUB PEDIBUS NIMBOS ET RAUCA TONITRUA. *Cancellario Seguier poſt Bellum Civile.* Syll. Men.

XIII.

Et : Stella è nebula relucens. L. DANT ADVERSA DECUS. *Henr. Bullionio.* Apud Bohours.

XIV.

Obtrectationibus populorum obnoxius. Sol in Eclipsi. L. CENSURÆ PATET. Saavedra.

15.

Earundem negligens, & contempor. Aquila volans, frustrà insurgentibus à terrâ duobus serpentibus. L. NON DESERET ALTA. *Card. Richelio.*

16.

Et frustrà impetitus ab Invidis, & malevolis, imò cum istorum pernicie. Clava ferreis aculeis horrens, & à cane morsu impetita. L. SIBIMET INVIDIA VINDEX. Saavedra.

XVII.

Post mortem maledictis impetitus. Leo mortuus, & à Vespis infestus. L. ET ME OLIM TIMUERE LEONES. Moyn.

XVIII.

Ægro, ut plurimùm, corpore: sed animo semper erecto, ac vivido. Vexillum militare undique scissum. L. E LACERO OGNI VIRTU SPIRA. *Spirat Virtutem lacerum quoque.* Bohours.

19.

Idem ægrotans, non moriens tamen. Sol in Eclipsi. L. PALLESCO NON EXTINGUOR. Idem.

20.

Præfectus Ægrorum Hospitio. Vox AVE gentilitio Scuto inscripta. L. NIL ÆGRO LÆTIUS ORBI. *D. Phœbæo Arch. Tharsensi.* Bovius.

XXI.

In omni suâ actione moderatus. Aquila Solem versùs evolans. L. NEC OCYUS NEC ALTIUS. Syll. Men.

XXII.

Majori Dignitati destinatus. Sidera occidentia, cum matutino diluculo. L. SOLE SECUTURO. Bovius.

XXIII.

Et: Luna Cornuta. L. CRESCAM UT PROSIM. *D. Lamoignonio Præsidi Senatûs, in cujus Tessera gentilitia is Lunæ quadrans est.* Apud Bohour.

XXIV.

Curâ, & vigilantiâ suâ commissam sibi Urbem â pestiferâ contagione incolumem servans. Serpens Æsculapij, *à quo Romam olim ex Epidauro allato Pestis cessâsse scribitur.* L. SERVAT DUM TERRET. Bohours. *Marchioni de Montpezat.*

XXV.

Multa commissorum sibi populorum bono constituens. Apis in flore, haud procul ab alveari. L. NIL NISI QUOD PRODEST. *Card. Carolo Barberino.* Bovius.

26.

Bonos præmijs afficit, malos pœnis. Tres Apes volantes. L. VULNUS OPEMQUE FERUNT. *Franc. Card. Barberino.* Bovius.

27.

Sagax in penetrandis adversantium Principum consiliis. Vultur. L. PRÆSTAT ODORATU. Syll. Men.

XXVIII.

Et: Consilio, ac perspicacitate clarus. Anchora littori infixa. L. IN SOLIDO TANTUM HÆRET. Bohour.

29. Et:

29.

Et: Aquila. L. DE LONGE OCULI EJUS PROSPICIUNT.
Vel: DE LONGE PROSPICIT. Syll. Men.

XXX.

Regis sui cumprimis observans, & ejus Mensæ præfectus. Thuribulum Aræ antiquæ quadrangulari impositum, & fumans. *Respicit ad superstitionem Vett. Odore videlicet Deos pasci credentium.* L. ET COLIT ET PASCIT. March. Vervini, in Ludis Vindocinensibut.

XXXI.

Justitiæ tenax. Columna in Plano. L. MI DERECHURA ME SUSTENTA. *Mea me Rectitudo sustentat.* Bohour.

XXXII.

In Quæstores infidos, & depeculatores acer. Draco poma aurea Hesperidum custodiens. L. PRÆDONIBUS ASPER. Bohour.

33.

Pacis conciliator. *Cancellarius Seguier, in cujus Tesserâ Stellæ duæ.* Ignes erratici, *vulgo S. Elmo*, supra Navim tempestate jactatam. L. SPES UNICA FESSIS. Syll. Men.

XXXIV.

Et: Ex Legatione, Pacis causâ, obitâ redux. Columba Noëmica. L. VENIENS FERT OMINA PACIS.
Vel: VENT OMINE FAUSTO.

XXXV.

Et: Phosphorus, seu Lucifer: Stella: mari pacato. L. TEMPESTATESQUE SERENAT.
Idem sibi vult Julij Card. Mazzarini Lucifer, cum L. MICAT INTER OMNES. *Supple ex Horat.* Julium Si-

dus. *Nam Cardinalis hujus Insignia Stellæ.* Men. Syll.

Nota, idem Symbolum fuisse priùs Amatorium, in gratiam Illustris Feminæ, cui nomen Julia. Cæterùm de hoc Cardinali vide plura Class. II.

XXXVI.

Idem, postquam ab exilio pristinæ Dignitati restitutus esset. Stella longum radium emittens, adeoque casum simulans. L. DUM RADIAT CECIDISSE PUTANT. P. L'Abbé.

37.

Sedatis discordijs, publicæ tranquillitatis, & affluentiæ Instaurator. Chaos explicatum. L. HINC ORDO ET COPIA RERUM.

38.

Turbis à se compositis inclytus. Sol, nebulis discussis, latè fulgens. GRATIOR EMERGIT POST NUBILA. Syll. Men.

XXXIX.

Fidus, & Secreti tenax. Manus bacillum ceræ signatoriæ ardenti cereo admovens, jacente infrà sigillo, & chartâ in formam Epistolæ complicatâ. L. ARDO PER IL SEGRETO. *Arcani ardet amore* Syll. Men.

XL.

Administer trium Regum. Tres Parelij. L. LUX SATIS UNA TRIBUS. Syll. Men.

XLI.

Sapiens, & Amabilis etiam in senectute. Malus Aurea pomis, & floribus exornata. L. MISCENS AUTUMNI ET VERIS HONORES. *Claudio de Miesmes.* Apud Bohour.

42.

Literarum amore, & tractatione negotiorum celebris. Apes in florum areolis. L. STUDIO MEMORABILE NOMEN. *Card. Franc. Barberino* Bovius.

XLIII.

Idem severus, & acer; ac perhumanus iterum, & flexanimis, cùm res poscit. Magnes ferrum attrahens. L. IL PIU DURO ATTRAHE. *Quod durius, attrahit.* Apud Bohour.

XLIV.

Præceptor Regis. Clavicula Horologij rotati. L. QUO REGIMUR REXIT. *Maresc. Villaregio.* Apud Bohours.

XLV.

Et: Lucifer: Solis Prodromus. L. MONSTRAT ITER.

XLVI.

Administer perspicax, & secreti tenax. Cælum sideribus distinctum. L. OJOS MUCHOS LENGUA NINGUNA. *Oculi multi sine linguâ.* Abb. Montinac.

XLVII.

Accuratus, & Vigilans. Sol oriens Gallum gallinaceum radiis suis ferieṇs. L. SOL REPERIT VIGILEM, *D. S. Usans Procancellario Regni Galliæ. Anno 1687. cui in Tesserâ gentilitiâ Gallus.* Journal des Savans.

XLVIII.

Difficiles Regiminis sui curas Virtute suâ sibi suaves efficiens. Apis in Thymo *alioquin amaro.* L. DULCESCUNT TEMPORE CURÆ. *Card. Fr. Barberino.* Bovius.

Vel: Alveare apertum. L. CONDITA LABORE Acad. Tholos. 1699. Journal.

XLIX.

Recti tenax, & æqui. Sol medius inter Arietis, & Libræ signa. L. ÆQUALIS UBIQUE. *Quia tunc horæ Diei, & Noctis æquales sunt.* Syll. Men.

L.

Semper sibi similis, & ubique. Sol in Zodiaco. L. IDEM PER DIVERSA. *Card. Aragon.*

51.

Naturæ, Gratiæque donis perfectus. Globus Mundi. L. UNO OMNIA. Piccolominei.

52.

Assiduus suo Principi. Mercurius Stella. NUNQUAM PROCUL A SOLE. Syll. Men.

LIII.

Sub Rege, cognomento JUSTO. Sol in Signo Libræ. L. CUM JUSTO TEMPERAT ORBEM. *Cancell. Seguier sub Ludovico XIII.* Ibid.

LIV.

Par quantovis grandi negotio. Aquila sublime volans. L. PAR ALA VIGORI. Syll. Men.
Vel: NON TERRET FULGOR.
Vel: NIL LUMINE LÆDOR.

LV.

Impiger, & indefessus. Sol in Zodiaco. L. NULLA EST META LABORI.
Vel: REDIT LABOR ACTUS IN ORBEM. Idem.

LVI.

Vel: Globus Cælestis. INDEFESSUS AGENDO.
Vel: NEC MORA NEC REQUIES. Idem.
Vel: NEC QUIESCO NEC LASSOR. Moyn.

LVII.

Et: Draco cæleſtis: *vel etiam terreſtris Heſperidum.* L. AD NULLAM REQUIEM FACILIS. Men.

LVIII.

Rebus geſtis, & obitis Legationibus celebris. Sol in Zodiaco. L. NOMEN CURSIBUS ADDIT. *Quia Sol, ut quodque Signum ingreditur, Menſeſefficit.*

LIX.

Et: Aquila Solem intuens. L. SUSTINUIT DIEM.
Vel: EXPLORATORES OCULIS QUI PERTULIT IGNES. Syll. Men.

LX.

Et: Stella primæ magnitudinis. L. SPLENDOR COMES HÆRET EUNTI.
Vel: LUMINE SIGNAT ITER.

61.

Et ex ijsdem Legationibus, & Itineribus celebratior. Globus Nivis per declive deſcendens. L. CRESCIT EUNDO. Idem.

LXII.

Et: Ignis in alto monte collocatus. L. REMOTIS CONSPICUUS. Syll. Men.

63.

E Præfecturâ ſuâ occaſionem nactus ingenij ſui vires exerendi. Pharus. L. PLUS LUCIS AB ALTO.

LXIV.

Totâ Regiâ, vel Aulâ conſpicuus. Lucifer Solem præcedens. L. RILUCER PUOTE ANCHE FRA TANTO LUME. *In tanto Lumine claret.*

LXV.

Et: Luna ſupra Horizontem, orto jam Sole. L. INTERDIU QUOQUE.

LXVI.

Præcipuis Reip. muneribus admotus. Luna Plena. L. OPEROSIOR CUM SPLENDIDIOR.

LXVII.

Et: Lucifer. L. LUCE ANTEIT OMNES. *D. Talon.* Syll. Men.

LXVIII.

Strenuus, & in Executione Velox. Luna. L. CITISSIME EXPLET.
Vel: VELOCITATE PRÆSTAT. Idem.

69.

Diu noctúque pro Principe, & Rep. laborans. Rota è flumine aquas attollens per circumpoſitas hydrias, ſive Antlias. L. IRREQUIETA. QUIES. P. Nuñez de Cepeda.

LXX.

Conſiliorum ſui Regis, & Laborum particeps. Lucifer. L. CUM PHOEBO CIRCUIT ORBEM. Syll. Men.

LXXI.

Ejus placitis per omnia inſiſtens. Sol in Ecliptica, & inter duos Tropicos. L. NON TRANSGREDITUR. Card. Montalti.

72.

Et ad ejus nutum, ac ſenſus planè compoſitus. Gallus gallinaceus. L. SPIRANT PRÆCORDIA SOLEM. D. Magninus.

LXXIII.

Adminiſter Cæſaris, aut Principis Auſtriaci. Navis è portu ſolvens, flante Vento à Meridie. L. VOCAT AUSTER IN ALTUM. *E Virg.* C. Rancatus.

LXXIV.

LXXIV.

Ob res præclarè geſtas ad altiorem Dignitatem evectus. Ignis in ſuâ Sphærâ. L. EXTAT QUIA PRÆSTAT. Syll. Men.

LXXV.

Novâ Dignitate, vel Præfecturâ auctus à Principe. Nubes è vaporibus â flumine conſurgentibus coacta, & à Sole ſurſum elata. L. ATTOLLOR QUO PLURA RIGEM.

LXXVI.

Atque inde Providentior. Aquila ſublime volans. L. ELATA LONGIUS ET QUACUNQUE.

LXXVII.

Et primâ ſtatim muneris ſui functione magnam ſibi auctoritatem concilians. Fax accenſa. L. UT SEMEL ACCENSA EST IMPLET MOX LUMINIS ORBEM. Ibidem.

78.

Inertium hominum turbam apud ſe non ſuſtinens. Apes ex Alveari contra muſcas, & fucos provolantes. L. DISCEDITE SEGNES. *Franc. Card. Barberino.* Bovius.

LXXIX.

In conficiendis negotiis dexter, & efficax. Machina tractoria pluribus trochleis inſtructa. L. VIS SINE VI.
Vel : PARUM OPIS EXTERNÆ. Idem.

80.

Adminiſtri Partes, ſeu Officium, Grus pede lapidem ſuſtinens, & Aratro inſiſtens. L. VIGILATE ET LABORATE. Bela.

LXXXI.

Obligatur Principi, atque unicè devincitur. Bombyx ovo ſuo ſe claudere incipiens. L. SIBI VINCULA NECTIT. Bohour.

LXXXII.

Adulatoribus impervius, & inacceſſus. Urticæ ſupra monticulum. L. NON SUNT PALPANTIBUS APTÆ. *Card. de Lugo, cujus Inſignia. Urticæ poſitæ in tribus monticulis.* Bovius.

LXXXIII.

Adminiſter Conjugis ſui mortem lugens. Arbor, inciſo cortice, Balſamum deſtillans. L. AT NON LACHRYMÆ MEA VULNERA SANANT. *I. A. Memmio.* P. La Riic.

84.

Honoribus cumulatus à Principe, at non perinde opibus. *Vel : qui Laborum ſuorum præmium in ſolâ gloriâ reponit.* Ignis. L. PRO ESCA DECORUM. Syll. Men.

LXXXV.

Et : In Principis ſui obſequio, & ejus causâ factus egentior. Nives â Sole liquefactæ. L. DECRESCUNT QUO CÆTERA CRESCUNT.

86.

Nimiâ negotiorum mole preſſus, & ad quietem aſpirans. Fornax ſemi clauſa. L. EXSPIRAT NISI RESPIRET. Ibid.

LXXXVII.

Ad Vitam privatam, & ruſticationem ſe per intervalla recipiens. Fontes in Urbe. L. QUOD BIBIMUS DE RURE VENIT. *D. de Servient.* P. L' Abbé.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

Et : Sequana. Lutetiam interfluens. L. EXIT NEC DESERIT URBEM. Idem. eidem.

LXXXIX.

Et : Falco perticæ impositus. L. OCYOR AB OTIO. P. Nuñez.

90.

Et : Ager nive coopertus. L. LATUISSE JUVABIT.
Vel : MESSIS EO UBERIOR.
Vel : GELIDA FOVET. Syll. Men.

XCI.

Et : Circinus orbẽ describens. L. CENTRO PES ALTER ADHÆRET. P. L'Abbé.

XCII.

Præfecturâ suâ decedens. Sol occidens. L. NON TOTI OCCIDIMUS.
Vel : DUM MORIOR ORIOR.
Vel : CÆLUM ET TERRA ALTERA RESTAT.
Vel : CONDAR UT EXORIAR.
Vel : LUBET EMERITOS JAM SOLVERE CURRUS. *Ex Seneca.*
Vel : ORTUS AB OCCASU.
Vel : REDIVIVUM AURORA VIDEBIT. Silv.

93.

Ad Inferiorem Gradum descendens, & rursus ad majorem Dignitatem evectus. Aquila è scopulo se demittens, ad altiorem volatum intendendum. L. FACILIUS ELEVOR. Syll. Men.

XCIV.

Gradu Dignitatis motus. Luna decrescens. L. POSTQUAM PLENISSIMA FULSIT.

XCV.

Gratiâ Principis destitutus. Cælum nubibus tectum internitente Luce. L. SPLENDET NUBILO MAJORE.

Vel : MENTRE E PIU FOSCO SPLENDE.

CXVI.

Exul ab Aulâ, & patriâ, peregrè inclarescens. Luna, plena cùm â Sole est remotissima. L. QUANTO S' ALLONTANA PIU TANTO PIU SPLENDE. *Quò remotior, eò splendidior.* Idem in Syll.

XCVII.

Scriptis in carcere Libris clarus. Novilunium. L. LATUIT NON DEFUIT ORBI. Bohours.

XCVIII.

Administer malesuadus. Tubus Opticus. L. AUDET ET MINUIT. Saavedra.

XCIX.

Detectus in fraude. Æs campanum diffractum. L. NOSCITUR EX PULSU. Idem.

Vide quoque Classe II. vocem : CARDINALIS, & SENATUS REGIUS. *Et infra.* SAPIENS. SENATOR.

ADOLESCENTIA.

Vide : JUVENIS, & JUVENTUS.

ADVERSÆ RES.

ÆRUMNÆ. CALAMITATES.

C.

Gloriam efferunt. Lapides in stagnum incidentes, & varios orbes formantes. L. QUÆ TURBAVERE CORONANT. Men.

CI.

Et : Venti mare agitantes. L. TURBANT SED EXTOLLUNT. Bohours.

102.

Nobilitant. Luna. L. CLARIOR IN TENEBRIS. Apud Bohours. *Emendatum è veteri, quod erat : In Tenebris Clarior.*

CIII.

Et : Typi Librarij. L. RECTA EX ADVERSIS. Men.

104.

Emundant animum. Venti Boreales. L. EVERRUNT DUM VEXANT. Syll. Men.

Et : Carduus. L. LEVIGAT ET POLIT. Apud Piccinell.

CV.

Virtutem, & Induſtriam exacuunt. Venti Navibus portum ſubeuntibus adverſantes. L. MORANTUR NON ARCENT. Idem.

CVI.

Innocentiam illuſtrant. Aqua è fonte proſiliens, & per gradus cum ſpumâ ſe præcipitans. L. DE MI CAIDA MI CANDOR. *Candorem oſtendit Caſus.* Apud Moyn. *Cui tamen non penitus probatur. Notat hoc Symbolum Adminiſtri Regij calamitatem, & ejus integritatem ſubinde patefactam.*

107.

Et : Aqua ex alto in ſaxa decidens. L. ELISA ALBESCIT. P. Moyne.

CVIII.

Undique prementes. Carduelis avicula in aperta Caveâ, haud procul inde exſpectante accipitre, dum erumpat. L. IL MAL MI PREME E MI SPAVENTA IL PEGGIO. *Premor, &, ne penitus opprimar, metuo.* Syll. Men.

CIX.

Ferendæ, cùm veniunt : non ultro provocandæ. Cycnus prope Aquilam. L. NEC PORMIDO NEC PROVOCO. Idem.

CX.

Tanquam à DEO immiſſæ, ad virtutem noſtram, & noſtrum in eum amorem exaggerandum, etiam amandæ. Campana pendente intus malleo. L. QUI ME FERIT INTIMUS ILLE EST. Apell. Symb.

CXI.

Virtutem illuſtrant, & exaggerant. Statua ſculpi cœpta. L. SUM DAMNIS PERFECTA MEIS. Moyn.

CXII.

Communiunt. Teſtudo ſcuto ſuo protecta. L. ONERAT ET ARMAT. Areſius.

CXIII.

Accendunt. Aqua uſtrinæ inſperſa. Ad arborem intendendum. L. EXTINGUERE SUETA. Syll. Men.

CXIV.

Et : Ignis à Ventis agitatus. L. EXSUPERAT MAGIS.

Vel : AD ULTERIORA PROMOVENT.

Vel : DUM PREMOR AMPLIOR. Idem.

CXV.

Utiles ſæpe. Salix putata. L. PER VULNERA CRESCIT.

CXVI.

Et : Ager incenſus. L. SÆPE ETIAM STERILES INCENDERE PROFUIT. *E Virg.*

Vel : OLIMQUE ARSISSE JUVABIT. Syll. Men.

CXVII.

Et : Vinea putata, & frondata. L. PROFICIT INJURIA. P. Nuñez.

CXVIII.

Et : Aquila expaſſis alis ventos ſecans. L. QUOD FERO ME PERFERT. Syll. Men.

119.

Et : Phœnix in ſuâ pyrâ ardente. L. NON EXURIT UT PERDAT. Idem.

CXX.

CXX.

Et : Linum Achaicum, seu Asbeston. L. TERGITUR NON URITUR.

CXXI.

Et : Struthio-Camelus ferrum mandens L. VIM NON LÆDUNT SED AUGENT.
Vel : MIHI CIBUS PERNICIES ALIJS Idem.

CXXII.

Et : Cygnus in Stagno. L. ABLUOR NON OBRUOR. Idem.

CXXIII.

A multis periculis immunem præstant. Avicula Caveæ inclusa, circumuolitante vulture. L. SERVATUR CARCERE.

CXXIV.

Majoris felicitatis, & Gloriæ causa. Arcâ Noëmica. L. NON MERGITUR SED EXTOLLITUR.
Vel : ERIGITUR DUM CONCUTITUR. Idem.

125.

Et : Venti, ac fluctus Navim jactantes. L. AD SIDERA VOLVUNT. *E. Virg.*
Vel : DUCUNT IN ALTUM. Idem.

Vide etiam in Classe III. PRINCEPS, *aut :* REX ADVERSIS EXERCITUS : *Et inferiùs voce :* PATIENTIA.

AMBITIO,
SEU
HONORUM CUPIDITAS.

CXXVI.

Magno constans, exiguo proventu. Vas Thuricremum. L. LAUDATUR ET ARDET. Moyn.

CXXVII.

Inquietum malum. Navis inflatis velis in altum inter fluctus evecta. L. NULLA QUIES TUMIDIS. Bruxell.

128.

Specie decipit. Corona Regia pullvillo imposita, & spinis implexa. L. BONUM FALLAX. Saaved.

CXXIX.

Et : Corona inversa. L. PUNGIT ET ERECTA.
Vel : AUT DOLOR AUT ONUS. Silv.

Vide Classe IV. IN AMBITIOSOS.

AMICUS,
ET
AMICITIA.

CXXX.

Primum in Amicitiâ locum modestè prensans. Plures Circuli ex eodem Centro sibi superinducti. L. MINIMUS INTIMUS. Apud Bohours.

131.

Generosus, & liberalis. Pelicanus aperto pectore sanguinem profundens. L. SUA PER DISPENDIA. Syll. Men.

CXXXII.

Amicitia duorum, pura & intima. Duo ſpecula ſibi oppoſita. L. L' UN NELL' ALTRO PIU CHE IN SE STESSO. *Alter in altero magis etiam, quàm in ſe ipſo.* Apud eundem.

133.

E Sinceritate ſuâ, & Verum dicendi libertate damnum paſſus. Anſer. L. NOCET ESSE LOCUTUM. Card. Franc. Caraffa.

134.

In mutuam gloriam conſpirans. Sol Imaginem ſuam reddens in duobus invicem reſpicientibus ſpeculis. L. ALTERUM AB ALTERO. Syll. Men.

CXXXV.

Conſtans in adversâ fortunâ Amici, Vitis, vel Hedera circumplexa Arbori in caſum pronæ. L. SEQUOR AMPLECTORQUE CADENTEM. Montmor.

CXXXVI.

Et: Lucifer cum Sole nebulis, vel nubibus intercepto. L. NON DESERIT UNQUAM. Syll. Men.

CXXXVII.

Et: Heliotropium ad Solem occidentem converſum, & inclinatum. L. CASU MORIEMUR IN UNO. *Ex Virg.* Bruxell.

CXXXVIII.

Contra Invidiam, & fortunæ injurias eam diſſolvere conantes invicta. Nodus, cujus duas extremitates totidem manus ad ſe trahunt. L. CHI MI RITIRA M' UNISCE. *Qui me diſtrahit, Stringit.* Silv.

139.

Pura, & ab omni cupiditate libera; nil niſi mutuum amorem exigens. Tuberoſa, flos: à Sole irradiata. L. VALEBO DUM CALEBIS. Moyne.

CXL.

Eoque durabilior. Regio ſuprema, ſeu Sphæra Ignis. L. ETERNO PORQUE PURO. *Æternus, quia purus.* Idem.

CXLI.

Et Sancta, inter homines diverſi ſexûs. Duæ Palmæ, mas & femina, ſtipitibus invicem longè diſtantibus, interfluente inſuper rivo: ſed verticibus mutuò inclinatis. L. NON TANGUNT ET AMANT. Idem.
Vel: JUNGIT AMOR. Bohours.
Vel: ARCANO FOEDERE.

142.

Ex mutuâ conſenſione animorum Operoſa, & Amici quidem ſolius bono. Horologium ſuſpenſum cum ſuis ponderibus. L. EX PONDERE MOTUS. Moyne. & Apud Bohours.

143.

Inter abſentes ardens. Sol. L. URIT ET EMINUS. Syll. Men.

144.

Et: Luna Plena, cùm longiùs diſtat à Sole. L. ET PRETIUM DISTANDO FACIT. *E Martial.* Syll. Men.

CXLV.

Et Abſentis, vel demortui Amici deſiderio inardeſcens, ac vix ullum ex aliorum præſentiâ ſolatium capiens. Stellæ nocturno Cælo. L. NON MILLE QUOD ABSENS. D. Franc. Erneſtus Comes Fugger.

146.

Communicationem arcanorum viciſſim exigens. Nux Pinea ad Ignem ſe pandens. L. SE PANDIT AMORI. Syll. Men.

CXLVII.

Et conſenſionem voluntatum intimam. Cithara juxta Citharam. L. CONSONAT ULTRO. Bruxell.
Vel: CONCORDI CONCORS.

148.

Tenax, & honeſta. Campanella, *ſeu Calathina verna*, flos: conjungens ſe floribus aliis, eosque ornans. L. STRINGO QUA TANGO. Moyn.

CXLIX.

Sincera, ac firma. Horologium rotatum. L. QUEL CHE CELA NEL SEN SCUOPRE NEL VOLTO. *Quod ſinu tegit, vultu detegit.*
Et nihil amicum celans. Fons pellucidus. L. AD FUNDUM SPECTABILIS USQUE. Syll. Men.

150.

Et: Promiſſa. Virgo Veſtalis Ignem ſacrum cuſtodiens. L. FOVEBO. De Scudery apud Bohour.

151.

Inter Senes. Cariophyllus Indicus: *florum poſtremus.* L. SOLIS AMOR POSTREMUS. *Ex Ovid.* Moyn.

CLII.

Inter Æquales. Bilanx æquatis Lancibus. L. ÆQUALI PONDERE RECTA. Bruxell.

Vide quoque Claſſe II. voces: AMANS, & CONJUGIUM.

AMOR.

CLIII.

Stimulus Gloriæ, & Heroicarum actionum. Tubus pyrius evolans. L. ARDENDO M' INALZO. *Ardendo Aſſurgo.* Bohours.

154.

Virtutis quoque incitamentum: Amor palàm profeſſus. Sol. L. NON LATET QUOD LUCET. March. Bentivoli.

CLV.

Purus, ac Sincerus. Phœnix in ſuo rogo. L. ACCENDOR LUMINE SOLO. Moyne.

156.

Et: Cycnus. L. UNIUS COLORIS. Syll. Men.

CLVII.

Et: Rubus Moyſis incombuſtus, ſine fumo aut cinere.. L. INNOCUE. Idem.
Vel: INNOXIUS ARDET. Syll. Men.

158.

Et: Sudarium lineum ſpiritu vini tinctum, & ardens. L. CONCIPIT INNOCUOS IGNES. Syll. Men.

CLIX.

Tectus, at ſincerus. Sol in Eclipſi, vel idem nubibus circumdatus. L. MENTRE MI ſCELO ALTRUI SPLENDO A ME STESSO. *Mihi ſplendeo, dum alijs lateo.* Virg. Concij.

160.

Et: Furnulus, *vulgo Alembicus*, Chymicus, ſtillativus. L. DALLA FIAMMA DEL CUORE. *Ex intimo cordis ardore.* Syll. Men.

CLXI.

Prudens quoque ; ideoque tectus. Titio ſub cineribus ardens. L. ET TECTUS ARDET. Syll. Men.

162.

Præcox. Smaragdus. Virorem vernum in frigido lapide repræſentans. L. EN LO INVIERNO EL VERANO. *Ver in Hyeme repræſentat.* Theſaur.

163.

Velox, & impiger, audaxque. Sagitta alata. L. ARDITO E PRESTO. *Audax & velox.* Daudiguier.

CLXIV.

Et : Innocens, ac purus. Calx viva, & ardens. L. E DALLE FIAMME TRASSE IL SUO CANDORE. *Ex ardore Candorem traxit.* Syll. Men.

165.

Conſtans. Ignis Græcanicus in Aquis ardens. L. VINCI NESCIUS.

CLXVI.

Licet non flagratiſſimus. Ignis Veſtalis. L. LENTUS SED ÆTERNUS. Syll. Men.

167.

Vehemens, & pertinax. Veſuvius ardens. L. CONTINUIS URUNTUR VISCERA FLAMMIS. Idem.

168.

Et : ſagitta ignea laqueo affixa. L. FIAMMA AL COR LACCI ALL' ALMA AL PETTO STRALE. *Flamma Cordi, Rete Animo, Pectori Telum.* Idem.

CLXIX.

Vehemens, & occultus. Cacabus, ſeu olla clauſa, & Igni impoſita. L. ACRIUS QUIA ARCTIUS. Men. Carrouſels.

Vel : CRESCIT DUM CLAUDITUR ÆSTUS.

Vel : *ut alio ſenſu PP. Belgæ :* CLAUSUS MAGIS ÆTUAT IGNIS. Imago Primi ſæculi.

CLXX.

Et : Ætna denſum fumum emittens. L. TANTO VORACE PIU QUANTO PIU CHIUSO. *Quo tectior, ſævior.* Syll. Men.

171.

Et : Tubulus pyrius aſcendens, & diſſiliens in complures parvas ſtellas. L. VA DELLE STELLE AL PAR IL MIO FUOCO. *Stellis non ſegnior ardor It meus.* Men.

CLXXII.

Et : Phœnix in ſuâ pyrâ. L. MORO TACENDO E NEL MORIR RINASCO. *Tacitus morior, & moriendo renaſcor.* Idem in Carrous.

CLXXIII.

Occultus, & fidelis. Luna deficiens. L. MINUS LUCET NON MINUS ARDET. Syll. Men.

CLXXIV.

Et : Laurus penitus inflammata. L PIU ACCESO E PIU SEGRETO. *Ardentior taciturnior. Quia Laurus viridis cum modico igne magis crepitat.* Idem.

175.

Et : Serula litteraria annularis. L. ARTIS OPUS TURBASSE NOTAS. Theſaur.

176.

Et : Portus marinus placidus, & quietus. L. ÆQUORA TUTA SILENT. Men. Carrous.

177.

Et: Luna, Cælo obscuro. L. PER AMICA SILENTIA. Idem ibidem.

CLXXVIII.

Plus habens in recessu, quàm in fronte. Vesuvius ardens. L. MAS DENTRO QUE FUERA. *Plus Intus quàm Foris.* Moyn. & apud Bohours.

CLXXIX.

Ex repulsa, & contemptu ferventior. Phiala Vitrea aquâ plena, & collectis à Sole radiis stuppam accendens. L. QUA EXTINGUITUR ARDET.

Vel: CON L' ALTRUI VAMPE ACCENDE. *Alieno accenditur Igne.* Syll. Men.

CLXXX.

Ex mutuo conspectu ortus. Sol. L. SI-MIRADO QUERIDO. *Conspectus amatur.* Idem.

CLXXXI.

Subitus, & Brevis. Fascis è sarmentis, vel paleâ compositus, ardens. L. PRESTO ARDE PRESTO MUORE. *Citò concipit flammam, citò dimittit. Idem.*

CLXXXII.

Simulatus à femina. Ursa Cælestis. L. SEMBRO FUOCO E TUTTA SON GIELO. *In speciem ardens reapse frigida.* Idem.

183.

Illustris. Sol. L. SPLENDET ET ARDET. Idem.

184.

Unius tantùm. Turtur mas. L. AUT UNAM AUT NULLAM. Syll. Men.

CLXXXV.

Amor quicunque. Malum punicum. L. AGRO DOLCE. *Dulce Amarum, Bela.*

186.

Amor Incautus. Avicula in Rete inciens. L. VEDE E NON S' AVEDE. *Aspicit: & non Dispicit. Vel: videt, non providet.* Syll. Men.

CLXXXVII.

Et: Aves ope Noctuæ Visco captæ. L. LUDENDO CAPIMUR.

CLXXXVIII.

In servitutem redigens. Rete, seu Nassa. L. SEMPRE ALL' ENTRAR APERTA ALL' USCIR. CHIUSA. *E Tasso.* A Ferrus. *Ingredi semper, nunquam regredi licet.*

189.

Frustrà sæpè ad pœnitentiam respiciens. Falco ad pugnum Aucupis revolans. L. LA LIBERTA SOSPIRO E TORNO AL LACCIO. *Ad Libertatem aspiro, & in Captivitatem redeo.* Syll. Men.

CXC.

Et: Cervus hærente in tergo sagittâ profugiens. L. IL FUGGIR NON M' AITA. *Ex Petrarcha. Sera fuga est.* Idem.

CXCI.

Et: Avicula Reti implicita. L. PLUS IL SE DEBAT PLUS IL S' ENGAGE. *Explicando se implicat.*

192.

Et: Galus allarum motu ignem extinguere frustrà laborans. L. PLUS JE L' ETEINS PLUS FORT JE L' ALLUME. *Quo magis extinguo, magis accendo.* Maur. Sevi.

CXCIII.

Damnosus. Papilio à candela semjustus decidens. L. IN MORTEM ME IMPULIT ARDOR. C. Rancatus.

Vel:

Vel: COSI VIVO PIACER CONDUCE A MORTE. *Affert mihi ſiccine mortem, quod vitale putabam.* Syll. Men.

CXCIV.

Incautus, & Deceptus. Idem Papilio candelæ advolitans. L. SPECIES PRÆCLARA FEFELLIT.

Vel: CAVE TANGAS.

Vel: ME QUOD URIT INSEQUOR. *Hoc Symbolum Princeps Sulmonenſis referebat ad Vitam Aulicam, utpote rei familiari exitioſam. Is ſuâ linguâ ſic idipſum expreſſit:* JO VO DIETRO A QUEL CHE M' ARDE.

Vel: MI CULPA Y MI DISCULPA. *Quo accuſor, excuſor. Seu: Culpa & exculpatio res eadem.*

Vel: VEDE AVAMPA E MUORE. *Videt, ardet, Interit.*

Vel: COSI LEGCIADRA E LA BELTA CH' ADORO CHE' L MIO PENARE E IL MIO LANGUIR NON SENTO. Fulvio Teſti. *Quos verſus ſic aliquis latinè reddidit.*

Faſcinat illa ſuo, veneror quam, forma nitore;
Ut, quod perpetior, ſit mihi dulce malum.

Vel: E NON MI CAL SE PER AMAR JO MORO. *Mors mihi munus erit.*

Vel: Alvari de Mendozza Com. Caſtrij.

Deſatinado Animal
Vamonos en compania
Pues que la pena mortal
De a tu loca porfia
Pareçe mucho a la mia.

Infelix animal, noſtræ miſerabile ſortis
Exemplum, ſimili conditione peris.
Pœnaque mortiferi voti, quâ plecteris, hæc eſt,
Quâ meus infelix diſcruciatur amor.

Lemma eſt longum, & pro more Gentis Hiſpanæ. Omnia apud Men. in Syll.

195.

Et, ſi principio negligatur, exitialis. Ignis Sylvam depaſcens. L. FURIT NEGLECTUS. Idem.

196.

Potens in Animos generoſos. Duæ Palmæ invicem inclinatæ; una ſuperior, altera inferior aliquanto. L. SOLI SUCCUMBIT AMORI. March. Gamachæi in Ludis Vindocinen.

197.

Et: *Non Symbola quidem preſsè dicta, ſed Emblemata.* Cupido mundi Globum humeris ſuſtinens. Cum inſcript. PIU FORTE D' ATLANTE. *Fortior Atlante.* Daudiguier.

198.

Et: Idem Amor Modium pede evertens. L. SIN MESURA. *Sine modo, ac menſurâ.*

199.

Et: Idem mundi globo ſagittis ſuis confixo inſiſtens. CONSERVAT CUNCTA CUPIDO.

200.

Et: Imperterritus. Cupido nudus inter Haſtas utrinque intortas gradiens. SPREZZA OGNI RISCHIO. *Per Tela per Hoſtes.* Idem.

201.

Aliquando, mutui amoris ſignis fruſtratus, penitus deferveſcit, & extinguitur. Hirundo, inclinante in hyemem Autumno avolans. L. LE FROID ME CHASSE. *Frigore depellor.* Syll. Men. *Vide plura Claſſe II. in vocibus.* AMANS. AMOR. *Et Claſſ. IV. Tit.* IN AMORES IMPUROS.

AMOR CONJUGALIS.

CCII.

Utrimque fervens pari fide, ac flammâ. Speculum Concavum radiis solis oppositum, à quo flamma reflectitur. L. NOS REGARDS MUTUELS ONT ALLUME CE FEU. *Mutuus aspectus noster hoc excitavit Incendium.* Men.

CCIII.

Placidus, & Concors. Duæ Columbæ se basiantes. L. NOSTER AMOR NIL FELLIS HABET. Idem.

204.

Et: Duo Turtures. L. FIDA CONJUNCTIO. Idem.

Vel: DIU ET CONCORDES. Idem in Syll.

205.

Hyemali tempore, atque inter montes nive coopertos nuptijs celebratis. Aqua, *Stellaris* dicta à Chymicis, aliam juxta se positam efferveſcere, & bullire faciens. L. ANCO NE' FREDDI LUOGHI AMORE E CALDO. *Calet Amor, vel in frigidis regionibus.* Idem in Nuptijs Sabaudicis.

206.

Et: cùm Sol paulatim fit nobis vicinior sub finem brumæ. Terra Palmis, & Heliotropijs consita, item Pavo, & Leo, Animantes maximè amantes: versus Solem respicientes. L. DE SUS RAYOS MI ARDOR. *Illius è radijs ardor meus.* Idem.

207.

Perpetuus in omnem vitam. *Ex parte Uxoris.* Flamma. L. L'ARDOR MIO DURERA FINCH' IO SIA SPENTA. *Ardebo dum vivam.* Syll. Men.

208.

Inter utrumque. Phœnix pyram alarum concussione succendens. L. TU PER LEI VIVI ELLA PER TE S' ETERNA. *Tu vivis in illa, in te illa perennat.* Men.

CCIX.

Et: Bombyx in suo glomere. L. DA PRETIOSI LACCI INVOLTO IO VIVO. *Pretioso in carcere stringor.* Idem.

CCX.

Et: Nodus Gordius. L. POSSIT MORS SOLVERE SOLA. Thesaurus.

CCXI.

Conjugium inter Principes: felicitatis publicæ pignus. Grus Biceps, *qua apparente, Sacrum Annum celebrant Ægyptij.* L. FELIX ET SAGER ANNUS. Thesaur.

CCXII.

Et: Cereus ardens. L. HASTA LA MUERTE. *Usque ad Mortem.* Ap. Belam.

CCXIII.

Et: Vitis ulmum circumplectens. L. CASUS HÆREBIT IN OMNES. Ibid.

214.

Et: Pacis publicæ auctoramentum. Geminæ Alcyones tranquillo mari nidulantes. L. MIRA QUIES PELAGI. Idem.

CCXV.

Summam voluntatis, & fortunarum, casuumque conjunctionem efficit. Duæ Palmæ: *Mas & femina.* L. CASU PENDEMUS AB UNO. *Quia alterutra arescente, altera pariter interit.* Bohours.

216.

Et: Nulla fortunæ varietate dissolubilis. Geminæ Conchæ margaritiferæ inter fluctus. L. NON DIRIMIT FORTUNA FIDEM. Thesaurus.

217.

Et: Geminæ Anchoræ eidem Navi alligatæ. L. NON RABIES MINÆQUE PONTI. Idem.

CCXVIII.

In unam quaddammodo personam utrumque Conjugem redigens. Sol Parelius. L. ALTER ET IDEM. Idem.

219.

Et: Amphisbæna: *Serpens duorum Capitum.* L. DUO NON DUO. Idem.

CCXX.

E Mariti Dignitate se pluris æstimari grato animo professa Conjunx. Columba radijs Solis illustrata formosior. L. DAL TUO LUME I MIEI FREGI. *Tuo de Lumine ſplendeo.* Syll. Men.

Hoc idem corpus assumpsit Academicus (P. Segneri) cui Academia cognomentum indiderat. L' ADORNO. *Ornati: cum Lemmate*: SEMPLICE IO SONO E PER TE SEMBRO ADORNO. *Simplex ego sum, ornatum tu mihi circumdas.*

CCXXI.

Inter Senes nihilominus constans. Hedera Arbori aridæ circumplexa. L. MIHI NON SENUIT. Moyne.
Vel: UT VIRENTI SIC ARENTI. Idem.
Vel: ET ARIDA TECUM. Alciatus.

222.

Amor conjugalis ab herili diversus sit, oportet. Hirundo: *in domibus nidificans quidem, sed caveâ claudi non ferens.* L. AMICA NON SERVA. Syll. Men.

CCXXIII.

Etiam post alterius mortem perseverans. Cineres, è quibus fumus ascendit. L. LA FIAMMA MIA E ESTINTA SI MA NON L' ARDORE. *Ignis, non ardor meus extinctus.* Idem.

Vide alia infrà, voce: MATRIMONIUM, & VIDUA. *Ut etiam Classe II. Tit.* AMANS. AMOR. CONJUGIUM.

B.

BELLUM.

CCXXIV.

Damnosum gerenti. Apis. L. PERIMIT SE BELLA GERENDO. *Quia amissis aculeis intereunt.* Brux.

CCXXV.

Ortum ex indole inquieta Principis. Delphin cæleſtis: Sidus, futuræ tempestatis indicium: *Id quod de marino quoque potest intelligi.* L. TEMPESTE APPORTO. *Tempestates excito. Tributum hoc Symbolum fuit Ludovico XI. qui cùm ad hoc esset Delphinus, plurimarum in Galliâ turbarum auctor extitit.* Syll. Men. & *alij.*

CCXXVI.

Bonis Artibus inimicum. Tuba cum Citharâ inversâ. L. AUDIRI PROHIBET. Bruxell.

CCXXVII.

In Bello silent Leges; non Jus, sed Vis dominatur. Arma arborem cui appensa sunt curvantia. L. CEDIT VIRIBUS ÆQUUM. Iidem.

CCXXVIII.

CCXXVIII.

Bellum non niſi lento, maturoque conſilio ſuſcipiendum. Gladius Vaginâ reconditus. L. PROMTIUS EXTRAHITUR QUAM REMITTITUR. Zingreffius.

CCXXIX.

Cum exteris ſuſceptum, aliquando Patriæ regnique proprij ſalus. Arx in mediis fluctibus undique aſſilientibus. L. ME COMBATEN Y ME DEFFIENDEN. *Ab oppugnantibus propugnor.* Saaved.

CCXXX.

Bellum Civile Galliæ ſub Ludov. XIV. Malum punicum apertum inſectis irrepentibus. L. IN PRÆDAM SE SPONTE DEDIT. Men.

CCXXXI.

Ejus effecta: Pacem, vel excidium afferentis. Duo venti contrarii, & ex adverſo ſpirantes. L. AUT SOLEM IMBREM. Abb. Ferrus.

CCXXXII.

Et finis: Pax. Oliva Palmæ inſerta. L. DABIT VICTORIA PACEM. Bela.

CCXXXIII.

Belli Dux artes hoſtium arte ſuperans Ardea Piſces ex aquis prædans. L. ET IN LATENTES. Syll. Men.

CCXXXIV.

Moderatus, & à quiete ad labores bellicos per intervalla rediens. Falco in ſuâ perticâ. L. CAPIT POST OTIA PRÆDAM. Idem.

CCXXXV.

Pacis artibus perinde inſtructus. Manus Gladium Oleâ implexum diſtringens.

Vel: Caduceum, & Harpen, inſignia Mercurij, decuſſatim premens. L. PULCHRUM EST CLARESCERE UTROQUE. Bela.

Vide plura Claſſ. II. in vocibus: BELLATOR. PRINCEPS, & REX BELLICOSUS. VICTOR, &c.

BENEFICENTIA.

236.

In omnes. Lupa uberibus lacte turgentibus. L. SUA ALIENAQUE PIGNORA NUTRIT. Joannis I. Regis Hungariæ. Apud Typot. *Reſpexit ad Lupam Romuli, & Remi nutricem.*

CCXXXVII.

Et: Sol Mundum illuſtrans. L. QUOD ASPICIT ORNAT. Duci Sabaud. Men.

238.

Sine Diſcrimine. Sol ſupra Montes, & Valles, &c. effulgens. L. RESPICIT ÆQUE. Syll. Men.

CCXXXIX.

Et: Sol ſupra flores, ac ſegetes. L. DIVES IN OMNES. Moyn.

CCXL.

In Egenos ſingulariter. Nubes in pluviam reſoluta. L. SE EXHAURIT EGENTI. In Exequijs Philippi IV. Mediolanenſes.

241.

In Noſocomia, & Domus Pauperum. Sol. L. VESTIT QUOQUE LUCE VAPORES. Clementi IX. Bovius.

242.

Nullius quæſtûs, aut privatæ utilitatis avida. Sol. L. TANT QU'IL LUIRA. *Dummodo Luceat.* D. Chorier.

CCXLIII.

Idem Pontifex peregrinis in Hospitio SS. Trinitatis pedes abluens, & stipem largiens. Fluvius arbores in ripâ consitas alluens. L. DUM RIGAT ERIGIT. Bovius.

CCXLVI.

Beneficentia prompta, & Vota præveniens. Sol Oriens. L. NON EXORATUS EXORIOR. Card. Esten. Syll. Men.

245.

Et: Pactolus fluvius arenas aureas vehens. L. FUNDIT OPES QUACUNQUE FLUIT. P. Cellieres.

CCXLVI.

Et: Lumen, seu Lux. L. MOMENTO DIFFUNDITUR. Syll. Men.
Vel: RECTA DIFFUNDITUR.

CCXLVII.

Et: Pluvia latè Terras rigans. L. POSCENTE NULLO. P. Gambertus Duci Mutinen.

CCXLVIII.

Regia. Fons ex alto cadens, & aquam per canales quaquaversum derivans. L. MEA GLORIA SPARGI EST. Christinæ Reg. Sueciæ. Bovius.

CCXLIX.

Et: Sol lucem toto orbe diffundens. L. DITAT INEXHAUSTUS. Syll. Men.

CCL.

Præsulis Sacri: sibi alimenta subtrahentis, ut populos suos alat. Gallina cum pullis. L. GRACILESCIT ALENDO.

251.

Et Administri Pontificij. Sol Oriens. L. ALIJS NON SIBI CRESCIT. Idem.

CCLII.

Et plenâ voluntate, seu, quod dicitur *ex corde*. Bombyx cum suo serico. L. VISCERIBUS PRODEST. Clem. IX. Idem.

CCLIII.

Et: DEI proximique Caritate inflammante. Nux Pinea ad Ignem fatiscens, & suos fructus expromens. L. APERIT ÆSTUS. Card. Bellarmino. Idem.

CCLIV.

Et: Solis super flores effulgentis Radij. L. SUAVITER ATTINGUNT. Syll. Men.

255.

Principis. In reducenda Societate Jesu in Provinciam Venetam. Sol in Leone. L. CONJUNCTIONE FERVENT. Alexandro VII. Bovius.

CCLVI.

Pro servandâ Venetis Cretâ laborans. Cornu Unicornis cum proximo angue. L. ALIJS NON SIBI SUDAT. Clem. IX. Idem.

CCLVII.

Sixti V. Pontif. in Card. Crescentium, *cujus Insignia tres Lunæ crescentes, seu Cornutæ: Pontificis verò Sol.* Hic ipse cum Lunæ Quadrante. L. ASPICE CRESCAM. *Hoc idem Symbolum nullâ sui parte mutatum usurpavit deinde Eques Gallus in Hastiludio.* Apud Moyn.

CCLVIII.

Beneficentia Principis. Pharus. L. IN PUBLICA COMMODA FULGET. Aulæa Regia.
Vel: PER VADA MONSTRAT ITER. Syll. Men.

CCLIX.

Cum Clementiâ conjuncta. Examen Apum ex alveari prævolantem regem suum insequens. L. SIGNAT CLEMENTIA REGEM. *Ajunt enim, apum regem aculeo carere.* Ibid.

CCLX.

CCLX.

Et : Lilium, quod quantumvis ſupra cæteros flores emineat, inflexo ſemper collo eſt. L. NON RIGET EXCELSUM. Bovius.

CCLXI.

Et : Pedum paſtorale terræ infixum, paſcentibus prope ovibus. L. ET REGIT ET SERVAT. Eadem Periſtromata Regia.

CCLXII.

Secreta, & famæ fugitans. Fluvius placidè fluens. L. FERT TACITUS QUO FERTUR OPES. Bohour.

263.

Et : Sol nube tectus. L. SENTITUR ET LATENS.

264.

Idem in montium cavernas radios ſuos immittens, & aurum progerminans. L. ET LATENTIBUS.

CCLXV.

Et : Sol ſupra Orbem Terreſtrem effulgens. L. AFFLUENTER ET NON IMPROPERAT. Bela.

266.

Gratuita. Conchylium ad Lunam hians. L. IL NE VOUS COUTE RIEN. *Sine tuo diſpendio.* Bela.

CCLXVII.

In omnes larga, & ſuavis. Apes ad Alveare advolitantes. L. IN MEDIUM QUÆSITA REPONUNT. Card. Franc. Barberino. Bovius.

CCLXVIII.

Et : Patris familias hæreditatem liberis dividentis. Nubes in pluviam reſoluta. L. CONGREGATA DISPERTIT. Syll. Men.

CCLXIX.

Vel : Fons in Concham influens, & rurſum in florum areolas ſe dividens. L. CONGREGAT UT DISPERGAT. Bovius.

Vide quoque paulò inferiùs CLEMENTIA. *Et Claſſe II. voces :* PRINCEPS, & REX BENEFICUS. CLEMENS.

C.

CARDINALIS.

CCLXX.

Ex Epiſcopali Dignitate ad Purpuram promotus. Malum Punicum, *quod primò viride, deinde, cùm maturuit, rubicundum evadit.* L. PURPURAT E VIRIDI. Man. *Nam ſpira viridis Epiſcoporum ſignum.*

271.

Idem author ſimili ferè Lemmate Coralium inſcripſit : E VIRIDI RUBEUS. *Aptavitque Comiti dicto : Viridi, creato deinde Duci Sabaudiæ.*

272.

Ob inſignem Virtutem resque præclarè geſtas promotus. Malum Punicum. L. PURPUREUM MATURA COLOREM. P. Gambertus.

CCLXXIII.

Alius è Charthuſiano Cœnobitâ Cardinalis. Roſa. *Quam fabulæ memorant è candidâ mutatam in purpuream : quippe Deæ ſanguine conſperſam.* L. TRAXIT CANDORE RUBOREM. Montmor *ex Ovidio.*

274.

Alius è Professore Theologiæ: & ob insignem ejus Scientiam. Libri eleganter compacti. L. MERUERE DECOREM. Card. de Lugo. Bovius.

CCLXXV.

Cardinalis Episcopus Diœcesin suam obiens. Sol supra Horizontem. L. LUSTRAT UNIVERSA. *Sap. 1.* Syll. Men.

Vel: Idem Sol in Zodiaco. L. IN CIRCUITU PERGIT. Ibid.

Vrl: IN CIRCULOS SUOS REVERTITUR. Ibid. Academici Restituti.

Vide alia Classe II. eodem Titulo.

CASTITAS.

CCLXXVI.

Dei Donum: *ex Sapientiæ Libro.* Nix. L. MIHI CANDOR AB ALTO. Syll. Men.

CCLXXVII.

Inviolabilis, & inaccessa Lenonibus. Muscæ ad speculum advolantes, & frustrà insidere tentantes. L. LABUNTUR NITIDIS.

CCLXXVIII.

Contrà usuvenit hominibus impuris. Idem speculum non nitidissimum, aut velo tectum. L. SCABRIS HÆRENT TENACIUS. Apud Bohours *emendatum: est Symbolum Duplex.*

CCLXXIX.

Lilium: à quo Angues diffugiunt. L. NON IMPUNE. Thesaur.

CCLXXX.

Verecundus, & Virgineus Pudor. Aurora. L. NUNQUAM ABSQUE RUBORE. Syll. Men.

281.

Puellaris Castitas præsentiâ Matris contutanda. Gallina cum pullis. L. QUOCUNQUE IERIT. Idem.

282.

Omnem labem exosa. Pavo in stagno se abluens, *cùm sordem aliquam contraxit.* L. IMPURITATIS IMPATIENS. Idem.

CCLXXXIII.

Principis Ecclesiastici: non ab omni duntaxat notâ, sed suspicione quoque turpitudinis aliena. Columba, visâ in stagno umbrâ Vulturis, profugiens. L. FUGIT VEL UMBRAM. P. Nuñez de Cepeda.

CCLXXXIV.

Et: Cygnus. L. ÆQUALIS CANDORI CASTITAS. Syll. Men.

CCLXXXV.

Cautissimè agens cum sexu diverso, professione licèt, ac votis Deo consecrato. Papilio ad ardentem, & Aræ impositum cereum advolans. L. ET SACER URIT. Moyn.

CCLXXXVI.

Familiaritas nimia semper suspecta, & noxia. Focus. L. SI NON URIT INFICIT. Syll. Men.

Vide quoque Classe I. VIRGINES DEO SACRATÆ.

CLEMENTIA.

CCLXXXVII.

Invicta: nec ullis injurijs expugnata. Sol à quatuor ventis impetitus. L. NEC OFFENDITUR NEC OFFUNDITUR. Moyn.

288.

Et: Cælum ſerenum. L. NULLA HIC SUNT FULMINA. Syll. Men.

289.

Et: Hiſtrix: ſpicula ſua erigens, nec tamen ejaculans. L. CONTENTA MINARI. *E Claud.* Apud Piccin.

CCXC.

Ejus Indoles naturâ manſueta, non niſi vi ad ſeveritatem pertrahitur. Roſa. L. GRATIA SPONTE ULTIO PROVOCATA. P. Strozzi.

CCXCI.

Et: Examen Apum. L. SPONTE FAVOS ÆGRE SPICULA. Urban. VIII. Apud Bohours.

CCXCII.

Et: Crocodilus Lachrymans. *Ajunt enim Crocodilum prius lacrymas fundere, quàm hominem occidat.* L. DOLET ESSE FERAM. Silv.

293.

Et: Fulmen è nubibus evibratum. L. NON SPONTE FERIT. Idem.

CCXCIV.

Et: Horologium cum ſuis ponderibus, ſublato ſupra campanam malleo. L. PRIUS MIHI VISCERA CUNCTA MOVENTUR. Men.

Vide infrà MANSUETUDO. MODERATIO. *Et Claſſe II.* PRINCEPS, & REX BENEFICUS, ac CLEMENS.

CONCORDIA.

295.

Ejusdem Ordinis, Reipublicæ, ac Magiſtratûs. Organum Muſicum. L. UNA ANIMA IN MULTIS. Bruxell.

296.

Facilis inter Probos, & Virtutis amantes. Aviarium volucrum domeſticarum, ſeu Columbarium. L. BONORUM BONA SOCIETAS. Syll. Men.

CCXCVII.

Securitatem præſtat militibus ordines in itinere ſervantibus. Grues volantes. L. ITER TUTISSIMUM.
Vel; NON NISI GREGATIM.

298.

Et: Columbæ turmatim volantes. L. TENDIMUS UNA. Idem.

CCXCIX.

Cervi natantes, & cornua præcedentis tergo vicibus imponentes. L. TUTUM ITER UNANIMIS. Bruxell.

300.

Cygni contra Aquilam pugnantes. L. NON VI SED CONCORDIA. Syll. Men.

CCCI.

Inter Pium V. Philippum II. & Remp. Venetam adverſus Turcas Fœdere inito ſancita. Tres ſagittæ colligatæ. L. VIS NESCIA VINCI. Apud Piccinell.

302.

Et: Ignes erratici: ſeu Stellæ Caſtoris, vel Pollucis; *vulgo S. Elmo.* L. COMPOSUERE FLUCTUS. Syll. Men.

CCCIII.

Inter Batavos Fœderatos : solâ civili dissensione solvenda. Duæ Naves in alto mari justo intervallo plenis velis navigantes. L. FRANGIMUR SI COLLIDIMUR. *Trajecti ad Rhenum 1579.*

304.

Sola pluribus vim, & robur præstat. Scopæ dissipatæ. L. USUM DANT VINCULA. Bruxellen.

305.

Et: Rotæ funariæ duæ, varia fila complicantes. L. CRESCUNT SIBI JUNCTA VALENTQUE. Iidem.

306.

Hedera Fago circumplexa: *Nam alteri altera prodesse dicitur.* L. NEXU SERVANTUR AMICO. Iidem.

CCCVII.

E consiliorum, & opum conjunctione. Typi Librarij in suis capsulis. L. SENSUS INEST JUNCTIS. Iidem.

CCCVIII. & CCCIX.

Et: Fasciculus Clavium appensus. L. {NON OMNIA POSSUMUS OMNES. Zincgreffius.
{OMNIA POSSUMUS OMNES. Silv.

310.

E minimâ dissensione dissidium, & excidium. Libra, seu Bilanx. L. NUTAT MINIMO. Bruxell.

311.

Et: Horologium rotatum. Vel Cithara. MINIMUM CONCORDIBUS OBSTAT. Iidem.

Vide infra PAX. *Et Classe II.* PRINCEPS, & REX PACIFICATOR.

CONSTANTIA.

CCCXII.

Immobilis, & inconcussa. Scopus in mari ventis, & procellis impetitus. L. NADA MAS QUE NADA. *Nihil Nihilo amplius.* Bela.

CCCXIII.

In omni Fortunâ semper recti tenax. Cubus. L. STAT SEMPER IN RECTO.
Vel: UNDIQUE RECTUS Piccin.
Vel: QUACUNQUE VERTERIS STABIT. *Ex S. Aug. Lib. 15. De Civit. c. 26.* Silv.

314.

Et: Amaranthus flos. L. NEC GELU NEC ÆSTU.

315.

Et: Adamas. L. NEC FERRO NEC IGNE. Borsi Ducis Mutinæ.
Vel: NEC IGNE NEC ICTU. Alphonsi Carretti.

316.

Constantia in Proposito, ac Decretis. Sigillum. L. FIRMAT SANCITA. Men.

317.

In Rebus adversis. Aquila inter Fulmina juxtà cadentia volans. L. NON TANGOR ETIAM CUM TANGOR. Syll. Men.

CCCXVIII.

Et: Ferrum impositum Incudi, malleoque suppositum. L. QUANTO BATTUTO PIU TANTO PIU INDURA. *Percussum magis indurat.* Idem.
Vel: OGNI DUREZZA VINCO. *Dura omnia vinco.*

319.

Cygnus in Aquâ. L. NUNQUAM MERGITUR. Idem.

CCCXX.

Fonticulus continuo ascensu globum sustinens. L. DURANDO SUSTINET. Ibidem.

321.

Rupes à mari turbato, & à ventis appetita. L. SUOQUE EST PONDERE FIXA. *EVirg.* Montm.

322.

Animos à Difficultatibus sumens. Hirundo fluitanti per mare trunco insidens. L. DEFESSA NON DIFFISA. Syll. Men.

CCCXXIII.

Sol nubibus obtectus. L. ATTAMEN MIHI CLARUS. Chiartij.

Vel : OBSTAT NON IMPEDIT. Syll. Men.

CCCXXIV.

Cælum. L. IMMOTUM IN MOTU. *Seu, ut hujus Symboli conditor, Card. Estentis patriâ Linguâ expressit* ; NE PER MILLE RIVOLTE ANCOR SON MOSSO.

CCCXXV.

E calamitatum tolerantiâ Fortior, & Illustrior. Fax à ventis agitata. L. AGITATA CRESCIT. Mariæ Mediceæ.

CCCXXVI.

Et : Arbor à Vento impetita. L. CONCUSSIONE FIRMATUR. Piccin.

Vel : TANTO PIU FERMO QUANTO PIU SCOSSO. *Quod idem est.*

327.

Duo Vasa fictilia in igne posita. L. SOLIDAMUR IN USUS.

Vel : DUM VEXAT ILLUSTRAT.

Vel : DUM NITEAM. Syll. Men.

CCCXXVIII.

Et : Vesuvius, ardens à Ventis undique afflatus. L. ADVERSIS CLARIUS ARDET. Silv.

329.

Crucibulum in Igne. L. PROBASTI ET COGNOVISTI. Franc. Gonzagæ.

330.

In viâ Virtutis. Ara Cælestis, seu Asterismus. L. NUNQUAM DEFICIT. Syll. Men.

CCCXXXI.

Inter obtrectatorum maledicta, & insectationes antiqui sui moris retinens, & cœptum Virtutis iter persequens. Luna ; vel Sol deficiens, seu in Eclipsi. L. E. PUR CAMINA. *Et tamen ambulat, seu : cursum suum tenet.* Idem.

CCCXXXII.

Constantia fiduciâ subnixa, vel in maximis periculis, & fortunarum omnium jacturâ. Arbor de cælo tacta. L. ANCOR CH' IL CIEL MI STRACCI IN QUELLO SPERO. *In Cælo mea spes, vel sæviente.* Cath. Tornabuoni.

Vel : CHE PIU TOR MI POTE LA TERRA EL CIELO? *Quid Cælum, aut Terra ultra jam mihi tollere possunt?* Idem.

333.

Speculum causticum, quo Solis radij in flammas convertuntur. L. DEL CELESTE MIO SOL MIA LUCE S' ERGE. *E Cælesti meo Sole mea Lux inardescit.* Idem

334.

Fornax, cujus fumus tantùm conspicitur. L. DAL MIO FUOCO MIA FORZA. *Ex meo igne mea vis.* Idem.

CCCXXXV.

Etiam in captivitate positi. Arbuscula stipiti alligata. L. CRESCIT CONSTANTIA VINCLIS. Brux.

CCCXXXVI.

Et eundem ſemper Vitæ tenorem ſervans. Sol. L. NON VULTUS NON MENS VARIAT. Moyn.

CCCXXXVII.

Salamandra inter flammas. L. NEC LÆDOR NEC TERREOR. Theſ. Turen.

CCCXXXVIII.

Ab arrepto ſemel Virtutis, & Studiorum ſuorum curſu nunquam deflectens: morbo licèt, vel calumnijs invidorum vexatus. Eclipſis Lunæ, vel Solis, maximam partem inobſcurati. L. NEC SIC DEVIAT. Moyn.

CCCXXXIX.

Pontificis Innocentij VIII. Mons è mari eminens, aſſilientibus undique fluctibus. L. IN ÆTERNUM NON COMMOVEBITUR. Apud Typotium.

CCCXL.

Urbani VIII. Sol. L. ALIUSQUE ET IDEM. Moyn.

341.

Alexandri VII. in eodem vitæ tenore, quem privatus ſervavit, ſe permanſurum profeſſus. Ejusdem effigies Nummo impreſſa. IN MINORIBUS IDEM. Bovius.

342.

Clementis IX. Adamas anulo incluſus, & marmori quadrato impoſitus. L. DURITIA IN PRETIO. Idem.

CCCXLIII.

Clementis X. Sidera (*quæ Alteriorum Teſſera gentilitia*) nocturno cælo micantia. L. MOVENTUR NON MUTANTUR. Idem.

CCCXLIV.

Et: Unio in Conchâ. L. DURUIT IN IN PRETIUM. Idem.

CCCXLV.

Stephani Regis Angliæ. Criſta cono caſſidis infixa. L. VI NULLA INVERTITUR ORDO. Apud Typot.

CCCXLVI.

Jacobi V. Regis Scotiæ. Statua dimidata ſuæ baſi impoſita: vel Pyramis coronata, & ex undis eminens. L. ADHUC STAT. Ibidem.

CCCXLVII.

Alphonſi III. Regis Luſitaniæ. Quercus ſupra ſcopulum maritimum conſpicua. L. NI UNDAS NI VIENTOS. *Nec Unda, nec Aura.* Ibid.

348.

Viri Fortis, Bellatoris, aut Belli Ducis. Phœnix redivivus. L. SARO QUAL FUI. *Ero, qui Fui.* Men. Carrous.

CCCXLIX

Et: Arbor à Ventis impetita, recto tamen ſtipite, atque immoto. L. RESTITIT HAUD INFLEXA. Montm.

CCCL.

Ad extremum Fortunæ cedens, & ad privatæ vitæ tranquillitatem reſpiciens. Eadem arbor (*nam Symbolum eſt Duplex*) humi procumbens, ac radicitùs evulſa. L. ET NUNC INFRACTA QUIESCIT. Idem.

Vide quoque Tit. ADVERSÆ RES *ſuperiùs. Et infrà* FORTITUDO. MAGNANIMITAS. *Item in vocibus:* PRINCEPS, & REX. *Claſſe II.*

CONTEMPTUS HONORUM,

ET

RERUM TERRENARUM.

351.

Majorem Honorem, & Gloriam affert. Luna Plena. L. PLENIOR QUANTO DISJUNCTIOR. Bruxellen.

352.

Sol supra nubes. L. SERENUS DESPICIT.

353.

Et: Cælum. L. NIHIL QUÆSIVERIS EXTRA.

354.

Rerum istarum Vanitas. Flamma è stuppâ incensâ. L. SPLENDOR BREVIS.

355.

Luna Plena. L. AT CITO DEFICIT.

356.

Eas amantibus semper; possidentibus sæpè noxia. Incendium Domûs Regiæ. L. NON SINE CLADE MICAT.

357.

Luna Deficiens interpositu Terræ. L. RADIOS INTERCIPIT ORBIS. Iidem.

358.

Bona Mundi hujus ΔΩΡΑ ΑΔΩΡΑ. *Dona fallacia, noxia.* Simiolus Castaneam echinatam manu tenens, admoto propiùs ore. L. PRO MUNERE VULNUS. Eduardi Sabaudi apud Thesaur.

Vel: POENAM PRO MUNERE. *Ex Ovid.* Silv.

In Classe I. sæpiùs hâc virtus exprimitur in Symbolis SS. FRANC. BORGIÆ, XAVERII, IGNATII, SALESII, &c. *Sed præcipuè voce:* HUMILITAS.

D.

DIGNITAS.

359.

Impari, & Immerito collata. Sol Nube obvolutus, supra quam Circulus lucidus Coronæ instar. L. HONORANDO M^i INGOMBRA. *Qui Honorat Obscurat. Cardinali Borbonio à fœderatis in Bello civili in Regem Galliæ electo.* Syll. Mcn.

360.

At contrà Digno. Sol Oriens. L. PIU S' INALZA PIU LUCE. *Quo Altior Lucidior.* Idem.

361.

Aquila cum pullis suis. L. PROBATOS RECIPIT. Innoc. XI. Bovius.

362.

Dignitates: Præmia Litterarum, & Armorum. Sagitta in aëre. L. PENNA ET FERRO. Bohours.

DOCTOR.

CCCLXIII.

Pius, & scriptis suis multos ad meliorem vitam traducens. L. Luna Cælo nocturno effulgens. L. TUTUM LUX TUA PANDIT ITER. Ludovico Granatensi, *ob Librum*: Dux Peccatorum *inscriptum*. Syll. Men.

CCCLXIV.

Religionem Orthodoxam adversus Hæreses propugnans, easq; fortissimis argumentis confutans: *ut Card. Robertus Bellarminus*: Sex pineæ nuces: *ex avitâ ejus Tesserâ*. L. CUM ROBORE STRINGUNT. Eidem. Bovius.

365.

Doctrinam suam cum purissimâ, & integerrimâ vitâ conjungens. Crystallus affabrè elaborata in formam speculi polygoni. L. CANDORI CONSENTIT OPUS. Idem Eidem.

CCCLXVI.

Sacrorum voluminum oracula ab Hæreticis depravata suo nitori, & integritati restituens. Cylindrus figuras informes colligens. L. COLLIGIT ET COLLOCAT. Idem.

CCCLXVII.

Ab Adversarijs impugnantibus redditus illustrior. Arx, è qua turbo igneus tubulorum papyraceorum evolat. L. DANT INCENDIA PLAUSUM. Idem.

368.

Magnâ populorum frequentiâ, etiam ab ignaris Linguæ Latinæ, quam in dicendo adhibebat, auditur. Corotalum cum apibus. L. MODO TINNIAT ADSUNT. Idem Eidem

CCCLXIX.

Doctor æquè profundus, ac perspicuus. Fluvius ingens, & limpidus, cujus aqua ad fundum patet. L. IMAQUE PERSPICITUR. Card. de Lugo: *in cujus Insignibus Rivus est*. Bovius.

CCCLXX.

Idem in Societatem, in quâ educatus, & in Collegium Romanum, in quo Theologiam fuerat professus, beneficus Nubes Imbrem effundens. L. ACCEPTUM REDDIT AUCTIUS. Idem Eidem.

CCCLXXI.

Et: intento Sapientiæ studio deditus: Aquila Solem intuens. L. NON SATIOR QUIA NON SAUCIOR. Card. Sfortiæ Pallavicino. Bovius.

CCCLXXII.

Acutus, & perspicax in rebus antehac nemini observatis, aut deprehensis. Microscopium. L. OCULOS FUGIENTIA PANDIT. Idem Eidem.

373.

Maligna Suavii commenta redarguens in suâ Concilij Tridentini Historiâ. Aquila Colubrum in aëre dilacerans. L. ELEVAT ET DISCERPIT. Idem Eidem.

CCCLXXIV.

Culturæ Animi, & Ingenii unicè deditus. Alveolus Latrunculorum, seu *Scacchorum*. L. MENS HABET UNA LOCUM. Idem Eidem, *cui tum Aquila, tum hæc tabula tessellata Tesseri fuit gentilitia*.

CCCXLXXV.

Victu parciſſimo utens ; ac nihilominus Rei Chriſtianæ , & Litterariæ plurimum commodi afferens. Bombyx ſupra frondes, & folia. L. COMMODAT EXIGUO. Idem Eidem.

CCCLXXVI.

Nihil admodùm à priſtinâ vivendi frugalitate, & aſperitate remittens. Urticæ in tribus montibus. L. NEC IN ALTO MOLLIA. C. De Lugo. Bovius.

CCCLXXVII.

Et : Roſa cum ſcapo ſpinoſo. L. NON SUSTINETUR MOLLIBUS. Idem. C. Sfort. Pallavicino.

378.

Doctor ſalutis ſuæ negligens, ſtudioſus alienæ. Dolia colligata invicem, & ſtipitibus alligata : *ad iter navibus ad portum demonſtrandum.* L. PORTUM ALIJS MONSTRANT MEDIJSQUE IN FLUCTIBUS HÆRENT. Bruxellen.

Vide plura in voce : Litteratus *infrà.*

ELOQUENTIA.

Vide ORATOR.

F.

FEMINA.

CCCLXXIX.

Ab Illuſtri Viro amata, ideoque celebris, ipſa verò non redamans. Luna Soli oppoſita, *& nihilominus frigida remanens.* L. DA TE CHIAREZZA NON ARDORE IO PRENDO. *Illuſtror ; non accendor.* Syll. Men.

Item Ætna nivibus cooperta modicum ignem, ac fumum emittens. L. ARCANO DEFENSA GELU. Idem.

CCCLXXX.

Et : Phiala aquâ plena , & conceptis à Sole radijs materiem accendens. L. PARIT NON CONCIPIT IGNEM. Vel : URIT ET GELIDA. Ibid.

CCCLXXXI.

Et Erudita : Poëſeos ſingulariter laude clara. Laurus Igni impoſita : *proſilientibus, ut ſit, undique ſcintillis , non ſine crepitu.* L. NON URAR TACITA. D. Scuderiæ. Moyne.

CCCLXXXII.

Docta, & formoſa. Carduelis : avis. L. PULCHRA ET CANORA. Vel : VOCE FORMAQUE ALLICIT.

383.

Et quæ multam ſtudijs operam dederat. Noctua. L. SUM SACRA MINERVÆ. Syll. Men.

CCCLXXXIV.

Formoſa citra fucum , aut ornatum adſcititium. Iris. L. NULLUS AB ARTE DECOR.

385.

Falſis obtrectationibus per injuriam appetita. Luna. L. SEMPER IPSA.

CCCLXXXIV.

Statim ac ad majorem Dignitatis Gradum pervenit, fato concedens. Luna Plena. L. CRESCIUTA MANCO. *Aucta Deficio.*

387.

In Puerperio difficili, & periculoso constituta. Columba ovis suis incubans. VITAM FOVEO DISCRIMINE VITÆ. Idem. Ibidem.

Vide quoque Classe II. FEMINA PRINCEPS. *Item:* REGINA, VIDUA. AMANS.

FIDELITAS.

CCCLXXXVIII.

Ejus tenor, ac genius. Sol, L. NEC FALSUS NEC FALLENS. Moyn.

CCCLXXXIX.

Et: Stella Polaris. Naves dirigens. L. NUNQUAM SPECTATA FEFELLIT. Men.

390.

Fidelitas, & sinceritas. Lirium: *Flos Germanicè*, ein Purpur-rothe Lilien. *Gallicè. Martagon.* L. HOC GRATIOR QUO APERTIOR. Moyn.

CCCXCI.

Subjectorum populorum in Principem suum: Pacis, & Belli tempore. Alvearium: circumvolitantibus Apibus. L. FERVET OPUS NEC BELLA MORANTUR. Men.

CCCXCII.

In Principis sui morbo singulariter spectata, & ingenti populorum trepidatione testata. Flores languidis, ac dejectis capitibus in Solis Eclipsi. L. DUM PATITUR PATIMUR.

CCCXCIII.

Subinde, redditâ Principi sanitate, læta, & alacris. Apes regem suum certatim sequentes. L. INCOLUMI SUB REGE VIGENT.

CCCXCIV.

A Principe vicissim muneribus, Privilegijs ornata. Malum Punicum: *seu Granatum.* L. QUIEN SU CORAÇON OFRECE SER CORONADO MERECE. *Qui Cor suum pandit, & offert, coronari meretur.* Idem.

Vide etiam Classe II. FIDES ERGA PRINCIPEM. CONJUGIUM, &c. *Et superiùs in voce:* AMICITIA.

FORMA.

CCCXCV.

Seu Pulchritudo corporis: Bonum anceps, & periculi plenum. RUBUS ARDENS L. QUA SPLENDET PUNGIT. Moyn.

CCCXCVI.

Ejus vis: Basiliscus. L. NECAT SINE VULNERE. Idem.

CCCXCVII.

Non in Juvenes modò, verùm etiam in Viros ætate provectos. Ætna, mons, nive cooperta, & ardens. L. NEC CANO PARCIT CAPITI. Idem.

CCCXCVIII.

Est Vitiorum illex, & esca: etsi non sua sponte. Luna Solem Eclipsi intercipiens. L. NOCET INNOCUA. Men. in Syll.

CCCXCIX.

Et: Rosa. L. ASPICE ET ABSTINE. Moyn.

CD.

Sibimet maximè damnosâ. Basiliscus cum speculo. L. S' JO MIRO JO MORO. *Ut Vidi: Perij.* Syll. Men.

CDI.

Formæ Imperium in Animos Hominum omni alio potentius. Narcissus flos, L. CONGENITUM DIADEMA MIHI. Moyn.

CDII.

Et: Flos alius, dictus Imperialis. L. IMPERIO FORMÆ REGNANS. Idem. *Sed breve hoc regnum est, & fragile, & ultra diem unum, aut alterum non non protenditur.*

CDIII.

Et: Tulipa. Flos. L. NATURÆ GAUDENTIS OPUS. *Quia primo statim amœniore tempore prodit.* Idem.

CDIV.

Inconstans, & citò diffluens. Anemone, Flos. L. TENUI DILABITUR AURA. Abb. Ferrus.

CDV.

Forma cum mirâ Vitæ innocentiâ conjuncta. Luna proxima Regioni Ignis. L. FRA GLI ARDOR' IL MIO CANDOR DURA. *Inter Ignes perstat candor meus.* Bohours.

CDVI.

In morbo solo Divino Spiritu sustentata. Navis jactata fluctibus, ac solo Velo sustentata. L. SOLUSQUE REGIT ME SPIRITUS. Idem.

Alia de Formâ femineâ habes Classe I. Tit. VIRGINES. *Classe II.* AMANS. AMOR. FEMINA PRINCEPS. REGINA. *Et, quàm sæpe sit damnosa Classe IV.* IN FEMINAS, & AMORES PROFANOS.

FORTITUDO.

CDVII.

Multis spectata periculis. Scutum, & Thorax multis locis perfossa, & impactorum ictuum vestigia retinentia. L. SPECTATA PERICLO. Brux.

408.

Et: Culter alterius cultri affrictu exacutus. L. AB HOSTE VALENTIOR. Silv.

CDIX.

Invicta, & Inexpugnabilis. Incendium: Vel Fornax calcaria. L. OGNI DUREZZA VINCO. *Domito Durissima quæque.*

410.

Pericula ultrò deposcens. Spina Alba, *Flos.* L. NEL PERIGLIO MAGGIOR TANTO PIU CARO. *Quo Periculosius, Carius.* Men. Carrousels.

CDXI.

Nullis Difficultatibus cedens. Navis actuaria, seu Triremis: adverso licèt Vento, remorum ope progrediens. L. L. VEL REFLANTIBUS.

Vel: NON FRUSTRA. Com. de Lambert Eques Hierosolymitanus.

Vide plura de hac VIRTUTE *superiùs in voce* CONSTANTIA. *Et Classe II. in voce:* BELLATOR, PRINCEPS, & REX FORTIS: VICTOR. &c.

FOR-

FORTUNA.

CDXII.

Varia. Stellæ diverſæ Magnitudinis. L. UNA MAS OTRA MENOS. *Alia magìs, Alia minùs.*
Vel : NON EST A SOLE VARIETAS. Syll. Men.

413.

Fortuna Adverſa Virtuti altiùs extollendæ neceſſaria. Tuberoſa, *Flos*, fulcri, & vinculi indiga. L. VINCIOR UT SURGAM. Moyn.

CDXIV.

Eadem Clariores, quos infectatur, efficit. Duo Piſtilli, *quorum uſus eſt in Typographia.* L. ILLUSTRANT DUM INFUSCANT. Idem.

CDXV.

Inimica Virtuti, & aliquando exitioſa, quippe in exortu ſtatim illam opprimens. Sol à nube penitus interceptus, radiis tantùm promicantibus. L. CONDOR UT EXORIOR. Moyn.

CDXVI.

Ejus comes Invidia. Luna Deficiens interjectu Terræ. L. ALTERIUS UMBRA. Men. in Syll.

CDXVII.

Fortuna, & Opes immodicæ damnoſæ. Arbor pomorum mole, ac multitudine curvata. L. IPSA SIBI EST ONERI. *Ex Virg.* Montmor.

CDXVIII.

Fortuna Regnorum, niſi creſcat, deficit. Jaculum in aëre. L. O SUBIR O BAXAR. *Aut aſcendat, aut deſcendat oportet.* Suaved.

CDXIX.

Potentium, & Principis favore in altum provectorum. Vitrum, ſeu Phiala. L. TUTTA FRAGILITA FIGLIA D'UN FIATO. *Fragilis, flatusque unius filia.* Men. in Syll.

CDXX.

Ejus Inconſtantia. Luna ſemiplena. L. MI MUDANÇA MI CONSTANCIA. *Conſtans in Inconſtantia.* Idem.
Vel : YA MAS YA MENOS. *Jam Major, jam Minor.* Idem.

CDXXI.

Cùm ad ſummum pervenit, caſui proxima. Luna Plena, vel in Eclipſi. L. CONSUMMATA MINUITUR.
Vel : DEFICIT ORBE PLENO. Idem.

G.

GENERALIS PRÆPOSITUS ORDINIS RELIGIOSI.

CDXXII.

Poſt varia, præcipuáque Munia magnâ cum laude geſta creatus. Olea. L. L. PRETIUM COGNOVIMUS USU. Jo: Paulo Oliva Præp. Soc. Jeſu. Bovius.

CDXXIII.

Ordinis ſui negotia difficilia licèt, & ardua expeditè, promptaque facilitate tractans. Organum Tractorium, grandem Lapidem attollens. L. GRAVIA LENITER. Idem Eidem.

424.

Perfectionis Evangelicæ rationibus Rempubl. gubernans. Organum Muſicum pneumaticum. L. MODULANTE SPIRITU. Idem Eidem.

CDXXV.

A Principe Benedicto Pamphilio postea S. R. E. Cardinale, *in cujus clypeo gentilitia Tessera visitur Columba cum oleæ ramusculo, dedicatis, & propugnatis Thesibus honoratus.* Columba eadem cum Arcâ Noëmicâ. L. OMEN SIBI LEGIT AB OPTIMA.

426.

Et: Arbor Olivæ: *Athenarum Portæ proxima: insidet illi ob eam causam Noctua, quod geminum est Palladis Symbolum.* L. DEDIT OPTIMA NOMEN. *Nam à Græco nomine Palladis:* ΑΘΗΝΗ *Athenarum civitas est appellata.* Idem Eidem.

GRATITUDO.

CDXXVII.

Seu: Pietas in Parentes. Ciconia seniori succollans. L. NEC ME LABOR ISTE GRAVABIT. *E Virg.* Men.
Vel: PAR PARI RETULIT. Idem in Syll.
Vel: DULCI PRO MUNERE VITÆ. Lucarin.

CDXXVIII.

Erga bene merentes. Radius Solis à speculo repercussus. L. ACCIPIT ET REDDIT.
Vel: EO UNDE. Men. in Syll.

CDXXIX.

Et: Luna. L. ACCEPTUM REMITTIT.
Vel: EO UNDE LUCET.
Vel: TE RADIANTE CORUSCO. Idem.

CDXXX.

Nubes oppositа Soli, cjúsque in se Imaginem, *seu Parelium*, referens. L. MUNERIS HOC TUI. *Ex Horat.*

CDXXXI.

Erga Hospitem. Ciconiæ pullum unum Hospitio, *ut dicitur*, donantes. L. ET DOMINO PARTEM.

CDXXXII.

Insignis in referenda Gratia. Speculum Caustícum Radios Solis reflectens, ampliore Lumine. L. MAJUS REMITTIT Idem.

CDXXXIII.

Et: speculum Solis radios reflectens. L. TUA MUNERA JACTO. In Lud. Vindoc.

434.

Luna Soli oppositа. L. EO REGERIT UNDE ACCEPIT. Menet.
Vel: ACCEPTUM REMITTIT.

CDXXXV.

Gratitudo Coll. Lugdunensis S. J. *ab incendio beneficentiâ Regis Christ.mi restaurati.* Vasculum Majoricanum è fornace extractum. L. DOPPO IL FUOCO PIU BELLO. *Ab Igne pulchrius.* Men.

436.

In Regem & Reginam. Manus Amygdalum plantans, & nucleo inscribens nomina Ludovici, & Annæ. L. SERVABUNT NOMINA FÆTUS. *Signat id, quod Physici volunt figuras nucleo plantato inscriptas in fructibus subinde apparere.*

CDXXXVII.

Et: Manus sulphuratum igni cineribus tecto admovens. L. EMICAT E CINERE. Idem.

H.

438.

H. *Littera*, seu Aspiratio. L. SI CÆTERIS ADDAR. Academici *de quo infra.*

HÆRESIS.

CDXXXIX.

Domanda. Hydra, protensis è nube Clavâ & Face. L. ET FERRO ET FACE. Bruxellen.

440.

Minimè leniter tractanda. Urtica. L. LEVITER CONTACTA REMORDET PRESSA NIHIL. Iidem.

441.

Aquila fulmine armata. L. MINISRAT IN HOSTES. *Paulo V. attributum.* Apud Men. in Syll.

442.

Hæreseos Indoles, ac Genius. *Sacræ Paginæ sententijs fraudem, ac technas suas obtegens.* Polypus Rupi adhærens, *ejus colorem, ac formam sibi aptans.* L. ALIENO TECTA COLORE. Bruxell.

443.

Specie Innocentiæ nocens. Lupus sub Ovina pelle. L. FRAUDES VESTIS AMICA TEGIT. Iidem.

CDXLIV.

Et: Ignis fatuus jam hîc jam illic noctu apparens. L. PRÆLUCET IN AVIA. Men. in Syll.

Vel: LUMEN FATALE SEQUENTI.

CDXLV.

Rudibus periculosa. Tela, seu Rete Araneæ, *in qua muscæ, & fuci capti hærent.* L. SOLI CAPIUNTUR INERTES. Iidem. Bruxell.

CDXLVI.

Sibi adversa, & Discors. Turris Babel imperfecta. L. NIL ANIMIS DISCORDIBUS ACTUM EST. Iidem.

CDXLVII.

Satis est ad Hæresim, vel ab uno Fidei Dogmate dissensio. Cithara fidium unâ deficiente, vel resolutâ. L. CONCENTUM UNA (*fides*) TURBAT. Iidem.

CDXLVIII.

Hæresis Jansseniana ab Innoc. X. & Alex. VII. summis Pontiff. damnata. Arbor fulmine icta, & mediam partem consumpta. L. HOC JACEO CINERATA ICTU. Men. in Syll.

449.

Et: Aquila Testudinem supra rupem præcipitans. L. ALLIDET AD PETRAM. Aresius de S. Michaële.

CDL.

S. Augustino degener adoptatus partus. Aquila spurium pullum præcipitans. L. HÆREDEM NEGAT ESSE SUUM. P. L' Abbé.

451.

A Rege Christ.mo domita. Fulmen Draconem feriens: *quâ ratione ajunt illum Veneno suo privari.* L. REDDIT INNOXIA. Men. in Syll.

452.

Augustini Nomine frustra se obtegens. Annulus Gygis. L. NEMO SATIS SUB LUCE LATET. Idem.

CDLIII.

Ejus Doctrinæ depravatrix. Echo in Rupe. L. REDDENS NON INTEGRA VERBA. Idem.

CDLIV.

Unius veri Dogmatis fide vitabilis. Labyrinthus. L. UNO FALLACIA FILO SOLVITUR. Bruxell.

CDLV.

Hæretici è suis ipsorum principijs confutandi. Corvus serpentis caput rostro prehendens. L. NE RETORQUEAT ORA. Syll. Men.

CDLVI.

CDLVI.

A Veritatis luce oculos ultrò avertunt. Aves Nocturnæ; Noctuæ, Vespertiliones, &c. L. IN TENEBRIS AMBULANT.
Vel: NON COGNOVERUNT LUCEM PRÆSENTEM.

457.

Ecclesiam aliquando vel serò audientes, & ad ejus gremium reducti. Perdices ad Matrem redeuntes. L. REDEUNT AUDITA MATRE.

CDLVIII.

Hæresi infecta Matrona: multis alioqui, tum Naturæ, tum Doctrinæ dotibus ornata. Luna Plena. L. AT OPACA SUPERNE. Ibid.

Quædam hujus generis exhibet Classis II. Titulis: PRINCEPS, & REX RELIGIOSUS. *Item:* BELLATOR *ipso principio.*

I.

JUDEX.

CDLIX. & CDLX.

Seu Magistratus: Incorruptus, & Justitiæ tenax. Columna marmorea alta & recta, ad ædificium parata. L.
1. IN RECTO MEA VIS.
2. CONCIDET OBLIQUA.
3. STAT PONDERE FIRMIOR.
4. MOLIS GRAVITATE PROBATUR.
5. COLUMENQUE DECUSQUE PALATI.
6. DUM SUSTINET ORNAT.
7. SUBLIMIA FULCIT.
8. FULCIMINE RECTO INDIGET.
9. HINC NASCITUR ORDO.
10. MODUM STATUITQUE TENETQUE.
11. SE QUOQUE METITUR DUM CÆTERA. Montmor.

CDLXI.

Speculum suspensum. L. OMNIBUS ET NULLI. Moyne.
Vel: CUIQUE SUUM REDDIT. Idem.

CDLXII.

Et: Sol in Ecliptica, *seu, quod hîc idem est:* in Zodiaco. L. NUNQUAM ALIO. Syll. Men.
Vel: MEDIUM NON DESERIT UNQUAM.
Vel: MEDIUM SI DESERIT ERRAT.
Vel: NI ME BUELVO ATRAS NI ME DEVIO.
Vel: *Quæ est prioris Hispani Lemmatis explicatio:* NEC RETROGRADIOR NEQUE DEVIO. Dux Nivernen: & Moyn.
Vel: TRAMITE EODEM. Episcopi Maraviglia.
Vel: NEC ULTRA NEC CITRA. Syll. Men.

463.

Et: Sagitta ad scopum directa *cum eodem Lemmate:* NEC ULTRA NEC CITRA. Ibid. Et metæ in Hippodromo. *cum eodem Lemmate.* Constantiæ Carrettæ Princ. Sulmonæ.

464.

Et: Radius Lucis. L. RECTA DIFFUNDITUR. Idem.

CDLXV.

Et: Ardea, *è cæteris avibus sola* in directum volans. L. TRAMITE RECTO. Idem.

CDLXVI.

Sol in libra: L. ÆQUATO EXAMINE. E Virg.
Vel: A TUTTI GIUSTO. OMNIBUS ÆQUUS. Idem.

CDLXVII.

Integer, & Perſpicax *in cognoſcenda cauſſa, & ferenda ſententiâ.* Sol Oriens diffugientibus Avibus, & Feris nocturnis. L. ABORECE MI LUZ QUIEN DELLA SE OEFFENDE. *Qui luce meâ offenditur, eam ferre nequit.* Mendes de Sylva.

CDLXVIII.

Æquiſſimus, *vel cùm contra rem Principis veniendum.* Horologium Rotatũ cum pendulo, ſeu perpendiculo, *quod ſuit Inventum D. Hugens de Zulichem.* L. SOLEM AUDET DICERE FALSUM. E Virg. Montmor.

469.

Ideóque omnibus carus. Sol in ſigno Libræ. L. TUNC NULLI INVISUS. Syll. Men.

470.

Vitia perſequens. Ciconia ſerpentem diſcerpens. L. DONEC CONFICIAM. Idem.

CDLXXI.

Inſontibus benignus, ſeverus nocentibus. Columna Ignis Iſraëlitica. L. LUX RECTO FATUMQUE NOCENTI. Idem.

CDLXXII.

Nullis neque minis, neque muneribus â Recto dimoveri patiens. Et in omni fortunæ varietate ſibi conſtans. Columna Epiſtilium, & Cymatium ſuſtinens. L. ONERE HAUD INFLECTITUR. Montmor.

CDLXXIII.

Et: Sol. Tenebras noctis diſpellens. L. SOLIS INVISUS TENEBRIS. Idem.

CDLXXIV.

Non abuſus poteſtate contra fas, & æquum. Aquila fulmine armata. L. SINE CRIMINE GESSI. Syll. Men.

Vide quoque ſupra. ADMINISTER, *& Claſſe II. voce:* SENATUS REGIUS.

JUSTITIA.

CDLXXV.

Mundo perneceſſaria. Signum Arietis, *Æquinoctii Verni principium, ut libra eſt Autumni.* L. CUM LIBRA TEMPERAT ORBEM.

CDLXXVI.

Et: Sol ſupra Horologium Sciathericum. L. CUIQUE SUUM METITUR. Moyn.

CDLXXVII.

Horologium rotatum cum ſuâ librâ. L. MOTUS LIBRA REGIT. Idem.

478.

Bonis optabilis, & grata. Sol in ſigno Libræ ſupra ſegetes colligatas. L. DICITE JUSTO QUONIAM BENE. Bruxell.

CDXXIX.

Bene meritos remunerans. Trophæum. L. VIRTUTIS MERITUM SPOLIIS QUÆRATUR IN ISTIS. *Ex Ovid. Metam.* Iidem.

480.

Malis tantùm metuenda. Ciconia ſerpentem devorans. L. SÆVA SÆVIS. Vel: INVISA NOCENTI.

CDLXXXI.

CDLXXXI.

Justitia rigida, & constans in Judicio. Columna. L. FRANGOR NON FLECTOR. *Opposuerunt hoc Symbolum Cæsarini Columnensibus, qui Juncos adoptaverant cum Inscriptione* FLECTIMUR NON FRANGIMUR. Apud Bohours. *In priorem sensum sumi hoc quoque Lemma potest è Thyeste Senecæ :* FLECTI NON POTEST FRANGI POTEST.

482.

In evertendis quæ Ditioni Pontificiæ obstabant munimentis, *Castro videlicet oppido.* Taxus recisa, adjectâ securi. L. QUIA STANDO NOCEBAT. Innoc. X. Pont. Bovius.

483.

In persequendis, & eliminandis è Regno sceleratis, & viarum obsessoribus. Aves feræque Nocturnæ ab Oriente Sole in fugam actæ. L. MORIMUR SI MORAMUR. Idem Eidem.

CDLXXXIV.

Justitiæ tenax Pontifex. Signiferi in Tabula Lusoria latrunculorum, *seu Scacchorum.* L. NUNQUAM DEVII. Innoc. XI. Bovius.

CDLXXXV.

Idem scelerum Vindex. Aquila cum Fulmine. L. TIMETE NOCENTES *Eidem, in cujus Insignibus itidem est Aquila.* Idem.

CDLXXXVI.

Justitia Cancellarii, seu Præsidis Curiæ supremæ. Bilanx, seu Trutina. L. EN MI LENGUA L' EQUIDAD. *In Linguâ mea Æquitas.* Men.

Vel: Sol in Libra. L. EN TI MI EQUIDAD. *In te mea æquitas.*

CDLXXXVII.

Curia Justitiæ : *dicta Ardens pro Re Monetaria.* Crucibulum in igne. L. AURUM OMNE PROBASTI.
Vel : DONEC PURUM. Syll. Men.

488.

Justitiæ rigor Clementiâ temperatur. Gladius mensæ impositus. L. PROBATUR ET FLEXU. Clem. IX. Bovius.

CDLXXXIX.

Ne sit nimius. Lyra, vel Cithara fidibus instructa. L. NEC TENSIUS NEC REMISSIUS. Clem. X. Bovius.

CDXC.

Et : Trutina, seu Bilanx. L. NEUTRO INCLINATA. Bruxell.

CDXCI.

Et : eadem Trutina : seu Lanx altera nimio pondere appositio abrupta. L. DISCE PRIUS QUID FERRE QUEAT. Iidem.

JUVENIS, ET JUVENTUS.

CDXCII.

Juventus maturè â prima pueritia bonis artibus imbuenda. Tabula rasa, seu pura cum reliquo ad pingendum apparatu. L. AD OMNIA. Saaved.

493.

Arbusculæ in varias figuras flexæ, & attonsæ opere topiario. L. A TENERIS BENE FORMA PARATUR. Brux.

494.

Equus in Hippodromo. L. DUM FACILES ANIMI. Engelgrave.

CDXCV.

Directionis, & curæ indiga. Horologium rotatum. L. DALL' ALTRUI CURA IL GIRAR MIO DIPENDE. *Non nisi ab alterius cura, & ope mihi cursus.* Syll. Men.

CDXCVI.

Moderatio necessaria ad juvenes in officio continendos. Manus Anguillam tenens. L. SI LAXES EREPIT SI STRINGAS ERUMPIT. Interpres Vitæ D. Quixote de la Mancha.

CDXCVII.

Indulgentia patrum adolescentibus perniciosa. Equus abruptis frenis diffugiens. L. IN CASSUM REPETES DATA FRENA. Bruxell.

Vel: LIBER ABERRAT.

CDXCVIII.

Prava Juventutis institutio reliquæ omni ætati noxia. Mala punica: *seu Gra-*

nata. L. MATURAN PARA SER AGRAS. *Matureſcunt, ut mordeant, vel aceſcant.* Bela.

499.

Juvenis Paternarum Virtutum æmulator. Solis Imago in Nube reflexa. L. AN DUO AN UNUS? Syll. Men.

500.

Purus, ac Virgineus, nec patiens obſcœnum aliquid ſe præſente proferri. Crater ex argillâ nobiliore, *vulgo Porcellanâ.* L. TABI COMMERCIA NESCIT. C. Bellarmino. Bovius.

DI.

Parentis ſui Decus. Sol Occidens, apparentibus ſtellis. L. PULCHRA IN PROLE SUPERSTES. Idem.

DII.

Et: Multæ ſtellæ ſignum aliquod cæleſte conſtituentes. L. HONOREM ACCIPIUNT REDDUNTQUE. Idem.

DIII.

Præclara Virtutis ſpecimina jam tumedens. Sol Oriens. L. CRESCET ADHUC. Idem.

Vel: PROCEDIT ET CRESCIT. P. Engelgrave.

504.

Et Aurora. L. SENSIM NON OCCULTE.

Vel: SENSIM LUCIDIOR. Syll. Men.

505.

Litteræ cortici Arboris inciſæ. L. CRESCENT CRESCENTIBUS ANNIS. Bruxellen.

DVI.

Ardens, & magna ſpirans. Duo Arboris Rami adhuc virides prunis impoſiti. L. IN VIRIDI TENERAS EXURIT FLAMMA MEDULLAS. Petri de Medicis : *lubet enim huc potiùs, quàm ad Amorem hoc Symbolum referre.* Typot.

DVII.

Parentibus orbatus. Aquilæ pullus ſolitarius in nido, vel aëre. L. MA NON SENZA CORAGGIO. *Sed præſtò eſt Animus.* Syll. Men.

DVIII.

Liberi ſub Matris Tutela. Pulli Avis Paradiſiacæ, in hujus tergo ſeu nido reſidentes. L. SEDES ETIAMNUM GRATA QUIETIS. Syll. Men.

DIX.

Et : Crates Viminea pullos ab accipitre defendens. L. PARVULIS TANTUM. Idem.

510.

Et ad omnem probitatem ab eâ inſtituti. Columbæ ad Columbarium ſuum revolantes. L. ASSUESCERE MULTUM EST. *E Virg.* Idem.

Huc etiam faciunt ex parte, quæ habentur Claſſe II. Titulis : PRINCEPS, & REX JUVENIS.

L.

LABOR.

DXI.

Conſtans, & Impiger. Teſtudo ad Verticem Montis rependo tendens. L. NIL MORTALIBUS ARDUUM EST. *Ex Horat.* Bela.

DXII.

Et : Serra ſecando Marmori impoſita. L. VIA NULLA LABORI INVIA. Bruxellen.

DXIII.

Irremiſſus. Horologium Rotatum. L. NON IMPUNE QUIESCET.
Vel : GRANDE PECCATUM QUIES. Bruxellen.

DXIIII.

In orbem rediens, atque alius ex alio. Sol in ſigno Arietis. L. EXANTLATIS LABORIBUS. Syll. Men.
Vel : Cælum quoque cum Lemmate : ASSIDUO IN MOTU. *Academici dicti* Continui. *Notat hominem impigrum, & laborioſum.*
Vel : MOTUS ERIT REQUIES. *Academici* infatigabilis.

DXV.

Continuus : quamvis vulgo non appareat. Bombyx in ſuo ovo. L. CUM OPEROR OPERIOR. Bruxell.

516.

Et : Horologium Rotatum. L. INTUS AGIT. Iidem.

DXVII.

Inter plures diviſus. Cervi flumen tranantes, impoſitis præcedentium tergo capitibus. L. ALTERNIS FACILIS LABOR. P. Gambertus.

DXVIII.

DXVIII.

Hominis Studiosi, ac Litterati. Fornax Chymica Stillatitia. L. SUDOR IT IN PRETIUM. Mazolenus.

DXVIIII.

Et: Equus Molam versans. L. NULLA EST META LABORI. P. Aresius.
Vel: REDIT LABOR ACTUS IN ORBEM. Bruxell.

DXX.

Artificis: manuum suarum operâ victitantis. Ursus unguem dextrum exugens, *quâ ratione dicitur, hyemem tolerare, impastus cæterà.* L. IPSE ALIMENTA SIBI. Card. Ursinus.

LIBERALITAS.

Vide: BENEFICENTIA.

LIBERTAS.

521.

Inopinata: Captivi, & ad mortem damnati. Avis in pertica pro metâ sagittis exposita, quarum una filum, quo ligabatur, abrumpit. L. PRO NECE LIBERTAS Syll. Men.

522.

Interdum noxia, *ut Matrimonium* fugienti, & alijs amoribus implicito. Avis è cavea sua provolans, & insequenti accipitri in prædam cedens. L. LIBERO SI MA PERO MEN SICURO. *Liber, sed non inde securior.*

DXXIII.

Libertatis suæ retinens, & Insidiarum Victor. Avis Paradisiaca volans summo in aëre. L. NON C' E GABBIA PER ME. *Non claudor Caveâ.* P. Moyne.

DXXIIII.

Vitam pro Libertate paciscì paratus. Hirundo Caveæ insidens. L. PRIA CHE LA PRIGION VOGLIO LA MORTE. *Vitam potiùs, quàm Libertatem exuam.* Syll. Men.

DXXV.

Et: Equa sine freno posteriores pedes elidens. L. DOMINUM GENEROSA RECUSAT. Montmor. *Videtur Author Gallus respexisse ad seditionem Neapolitanam, cui favebat Gallia, sub Duce Guisio. P. Bohoursius attribuit Reip. Helvetiorum.*

LITTERÆ, ET LITTERATI.

DXXVI.

Ornant, & commodant. Flores in vase. L. DECORANT ET PROSUNT. Apud Piccinellum.

DXXVII.

Regibus etiam ornamentum, & utilitatem afferunt. Areola florum Litteris signatorum. L. INSCRIPTI NOMINA REGUM NASCUNTUR. *Ex Virg.* Men.

528.

Iisdem commodant ad rectam commissarum sibi provinciarum gubernationem. Apis flori insidens. L. REPERIT ALIMENTA MORANDO. Carolo Cardinali Barberino. Bovius.

DXXIX.

Omnia Tempora informant, & omnes ætates erudiunt. Horologium, in quo Litteræ aliquæ Horas notant. L. MONSTRAN TODOS LOS TIEMPOS. *Omnia tempora Monstrant.* Men.

DXXX.

DXXX.

Omnibus Gentibus prosunt. Currus Cereris à Draconibus tractus per aërem. L. DESERTIS SEMINA TERRIS. *Collegij Romani, fundati à Greg. XIII. in cujus Insignibus Draco, Institutio, & Finis.*

DXXXI.

Thesaurum Antiquitatis conservant. Sera Litteraria muniens Gazophylacium, seu Archivum perspicuum, in quo apparent Statuæ Vett. Picturæ Archetypæ, &c. L. TUTÆ CUSTODIBUS ISTIS. Men.

DXXXII.

Docent obscura, & procul gesta. Fasciculus Litterarum. L. SECRETA DOCENT ET DISSITA. Idem.

DXXXIII.

Immortalitatem conferunt Scriptoribus, & Rebus. Inscriptio sepulchri more antiquo. L. ETIAM POST FATA SUPERSTANT. Idem.

DXXXIV.

Et Flores dicti Perpetui (*Perpetuelles*) in vase, squalentibus passim terris. L. ÆTERNUM MIHI VERNANT. Moyn.

DXXXV.

Litterarum, & bonarum Artium Custos, ac Patronus. Hyacinthus. *Flos Litteratus ex Ovid. & Virg.* L. IN ME FIORISCANO LE LETTERE. *In me, vel per me florent Litteræ.* Men.

DXXXVI.

Litteræ Mæcenate indigent. Libri papyracei è sacculo excidentes, & à ventis jactati. L. QUIA MÆCENATE CAREMUS. Bruxellenses.

DXXXVII.

Et Penna, seu Calamus scriptorius. L. NON EUEHAR NI VEHAR. Aresius.

538.

Et : Figuræ Geometricæ per Litteras A B C. &c. distinctæ. L. LINEA NULLA SINE HIS. Men.

DXXXIX.

Litterarum studium tractatu quidē, asperum, sed fructu suave. Rosarium, seu locus Rosis frequens in spinetis tamen. L. EDUCENT BENE CULTA ROSAS. Abb. Spinellio : *Philosophiam publicè profitenti*, & Romæ propugnanti Bovius.

540.

Litterarum studiosus, & corporis curæ negligens. Phœnix in suâ pyra solum aspiciens. L. SE NECAT UT VIVAT. Card. Bathorij. Syll. Men.

541.

Idem Phœnix : Rogum sibi construens. L. SOLO LUMINE SOLIS. Ibidem.

DXLII.

Nimiâ studiorum contentione, & parandæ sibi ad posteros famæ desiderio mortem sibi accelerans. Thuribulum fumans. L. AUGET CONSUMTIO ODOREM.

DXLIII.

Et : Fax undique inflammata. L. LUCE SUA CONSUMITUR.

544.

Litteratus : famâ Doctrinæ celebris, sed mala morte defunctus, ut Philosophi Ethnici. Thus in Thuribulo fumans. L LAUDATUR ET ARDET.

DXLV.

A magno Principe ad magnos Honores evectus. Iris sub Sole Meridiano.
L. A MAGNO MAXIMA. *Tum enim Arcus cælestis est maior, quàm Sole vel Oriente, vel Occidente.* Ibid.

DXLVI.

Summa quæque animo complexus, & destinans. Aquila supra Nubes volans. L. VIAMQUE AFFECTAT OLYMPO. *Ex Virg.* Chappelain.

547.

Famæ suæ securus, & obtrectantium negligens. Aquila Ganymedem per aëra asportans, latrantibus infrà canibus. L. LATRANT NON LACERANT. Abb. Thesaurus.

548.

Diligentiâ, & Laboris assiduitate, quàm Ingenio celebratior. Struthio-Camelus cursu volatum, quo caret, compensans. L. CURSU PRÆTERVEHOR OMNES. Syll. Men.

549.

Et: Grus uni tantùm pedi insistens. L. STUDIO ET VIGILANTIA.
Vel: NIL ME STANTE TIMENDUM.

550.

Et: Corvus lapillos in vas semiplenum, & angusti colli injiciens, ad aquam attollendam. L. INDUSTRIA ET LABORE.
Vel: INGENIO EXPERIAR. Ibid.

DLI.

Litteratus nunquam intermissi laboris. Gallina incubans. L. NOCTU INCUBANDO DIUQUE. D. Meursij: *Typographi celebris Antuerpiensis.*

552.

Et: Avis Paradisiaca volans. L. SI MORIOR MORIOR. Syll. Men.

553.

Et: Aquila expansis alis in aëre suspensa. L. MOVENDO. Cartesius.

DLIV.

Ex alterius, majoris famæ Scriptoris impugnatione celebritatem adeptus. Iris. L. EX ADVERSO DECOR OMNIS. Syll. Men.

555.

Litterarum studio Vitia, pravâque consortia evitans. Columbæ Lauri folia, *quippe illis, ut ajunt, curandis aptissima*, carpentes. L. UT SANEMUR. Ibid.

556.

Insignis eruditione, ac Ingenio præstans. Aquila supra reliquas evolans. L. PENNA MIHI MELIOR. Men.

DLVII.

Nimia studiorum coontentione in ætatis flore consumptus. Fax accensa. L. MENOS LUZ MAS VIDA. *Arderet minùs, Viveret diutius.* Bohours.

558.

Et: Vipera parturiens. L. POUR TE DONNER LAVIE JE ME DONNE LA MORT. *Ne pereas pereo. Vel ut vivas morior.*

DLIX.

Et: Tubulus pyrius in plures stellas disiliens. L. LUCEM IN CURSU CELAVERAT. Idem.

DLX.

A morte relictis operibus clarior. Bombyx in Ovo suo. L. INCLUSUM LABOR ILLUSTRAT. Idem.

DLXI.

Litteratorum Disputationes sapientiam augent. Nubes mutuo concursu, & collisione in fulgura emicantes. L. COLLISÆ FULGURANT. Men. in Syll.

562.

Eorundem in opinando, & in sententijs Varietas scientiæ Decus, & Incrementum est. Manus inæqualibus digitis. L. DISPARITATE PULCHRIOR. Aresius.

563.

Litterarum, & Litteratorum Patronus: *& Academiæ Excitatorum in Urbe Veteri Præses.* Aviculæ in orientem Solem aperto ore conversæ. L. CAPIUNT REDDUNTQUE SALUTEM. P. Phœbejo. Bovius.

564.

Eandem illustrans. Laurus. L. PHOEBÆO CLARET AMORE. Idem Eidem.

565.

Vicissim ab illâ Oratione Panegyricâ laudatus. Lyra, vel Cithara. L. TACTA DEO MULCET. Idem Eidem.

DLXVI.

Litterarum Patroni Lamonij : fons : dictus : Policrene : *ejus Virtutes. Domino propriæ.* L.

1. CERTO CALLE FLUIT.
2. CÆLESTES CONCIPIT IGNES.
3. NON FLUCTUAT.
4. CONSULE VERA REFERT.
5. MACULAS OSTENDIT ET AUFERT.
6. TRISTE SOLUM RECREAT.
7. GURGITE PLURA LATENT.
8. SE FUGIT UT PROSIT.
9. PURUSQUE RECEDIT.
10. FALSA NEC IMAGINE LUDIT.
11. PROGRESSU CLARIOR.
12. DESCENDIT AD IMA.
13. DEFLUIT EX ALTO FACILIS.
14. NON MURMURA TARDANT.
15. NON SORDIDA TURBANT.
16. CONSTANTIQUE TENORE JUVAT.
17. MOTU PURIOR.
18. IRREQUIETUS AGIT.

Unus Montmor. omnia.

19. *Adde Aliud.* SESE DIFFUNDIT UBIQUE.

DLXVII.

Magnus Litteratorum Patronus, eorum maximè, qui pro Religione depugnant. Elephas turritus, prominentibus è turriculâ telis, Hastis, &c. L. FERT ARMA FERENTES. Alex. VII. Bovius.

568.

Idem librorum, & litteratorum æstimator peritus. Fornacula Chymica. L. ELIGIT QUOD ELICIT. Idem Eidem.

ACADEMIÆ.

Symbolum Singularum.

569.

Academiæ Arelatensis. Duæ Arbores : Major, & minor, Sole ambabus imminente. L. SEQUENTUR EODEM. Men.

DLXX.

Altorffianæ Norimbergensis. Aves in aëre concertantes. L. CERTAMINE GAUDENT.

DLXXI.

Belgarùm Mathematicorum Littera I. cum quatuordecim Nullis, *ſeu Zeris hoc modo.* I OOOOOOOOOOOOOO. L. QUOD TANTUM VALEAMUS AB UNO EST. Leopoldo Archiduci Gubernatori.

Vel: PRETIUM OMNE REFERTUR AD UNUM.

572.

Bodincomagenſis: dicta *Illuſtratorum.* Sol Occidens, Luna Oriens. L. LUX INDEFICIENS. Syll. Men.

573.

Bononienſis: dicta: *Noctis.* Cælum nocturnum obſcurum. L. VERTITUR INTEREA. *Ex Virg. Deſignat autem progreſſus futuros.* Idem.

Vel alterius cognomento *Rapti.* L. IN CONTRARIUM.

DLXXIV.

Brixinenſis: *Errantium.* Luna conſiderata, ut Planeta, ſeu Stella errans. L. NON ERRAT ERRANDO. Ibidem.

DLXXV.

Concordatorum. Liber Notis Muſicis conſcriptus. L. DISCORDIA CONCORS. *Opinionum diverſitas nil officit conſenſioni animorum.*

Vel: VARIETATE CONCENTUS.

576.

Dertonenſis: *Renovatorum.* Sol in ſigno Tauri. L. AUREA CONDET SECULA.

577.

Exacutorum. Italis *Affilati.* Duo Cultri à totidem manibus invicem attriti. L. ACUIMUS ET ACUIMUR: *intellige per concertationes litterarias.*

Vel: ALTER AB ALTERO.

DLXXVIII.

Ferrarienſis: *Intrepidorum.* Prælum Librarium. L. PREMAT DUM IMPRIMAT.

DLXXIX.

Florentina dicta: *della Cruſca.* Cribrum pollinarium. L. IL PIU BEL FIOR NE COGLIE. *Florem ſecernit.* Vel: *Pretioſum à Vili.*

580.

Fulminalium Academia pro Symbolo habet Machinam Antiquam, in qua plures ſagittæ prægrandes ſimul excutiuntur: qualem videre eſt apud Lipſium in Poliorceticis. L. OMNES EODEM. *Ex Horat.* Theſaurus.

581.

Francica. Rami Laurûs in circulum flexi. L. A L' IMMORTALITE. *Immortalitati.* Men.

DLXXXII.

Ejusdem cura pro ſermonis Gallici nitore. Cylindrus ſuper diſperſas figurarum lineas poſitus. L. DEFORME REFORMAT. Idem.

583.

Furibundorum. Leo in Cavea: ſeu Circo. L. MITESCIT AB ARTE. Bovius.

584.

Infrenatorum: Italis *Affrenati*: Equus in pedes erectus, inſertis ejus ori lupatis. L. CADET ARTE FEROCIA.

585.

Lovanienſis: Coll. Falconis. Idem Falco volans. L. VOLITAT SUPER OMNIA FALCO. *Ad præſtantiam ſuam ſignificandum in comparatione Collegiorum:* Lilij, Caſtri & Porci.

586.

586.

Messanensis. Officina ferraria cum bacillis ferreis. L. FORMAS VERTIT IN OMNES. *Sic nempe ingenia in Academiis informantur.*

Vel: L. AFFINA A PIU DEGN' OPRA. *Aptat ad nobiliora opera.*

DLXXXVII.

Medicorum. Sol illuminans hortum floribus consitum. L. VIM PROMOVET INSITAM. Men.

588.

Neapolitana *Excitatorum.* Gallus Gallinaceus. L. CANTU CIERE VIROS. Rectius, & *è Virgilio*: VOCE CIERE VIROS.

589.

Mediolanensis: Plures Cervi flumen tranantes impositis invicem cervicibus. DANT ANIMOS VICES.

590.

Neapoli alia: *Partheniorum.* Agnus Castus: planta. Vel Lilium serpentes fugans. L. ΒΛΑΒΕΡΩΤΕΡΟΝ ΔΙΩΚΕΙ. *Fugat quod est nocentius.* Ap. Bohours.

591.

Ibidem alia dictorum: *Gli Assetati*: Sitientium. Vvæ sub Prælo. L. COIT OMNIS IN UNUM.

DXCII.

Norimbergensis, sub Principe Præside. Gallina pullos alis protegens. L. ALIT ET PROTEGIT.

593.

Nemausensis. Palma. L. ÆMULA LAURI.

594.

Perusiensis: *Insensatorum. Volens suos licèt negotijs domesticis gravatos vacare nihilominus Exercitationibus Academicis*, Grues *delegit* sublatis pede lapidibus volantes tamen. L. VEL CUM PONDERE.

595.

Placentina *Ingeniosorum.* Cælum illustre Stellis. L. ALIENO SPLENDORE NITESCIT.

DXCVI.

Romana *Humoristarum.* Nubes in pluviam in mare decidentem resoluta. L. REDIT AGMINE DULCI.

597.

Alia Ibidem. Magnes plures anulos ferreos attrahens. L. ARCANIS NODIS.

598.

Romæ pariter *Partheniorum.* Columba odoribus perfusa, *quod quidem pictura vix exprimet*, & ideo alias secum trahens. L. IN ODOREM.

599.

Barbarina Ibidem. Apes Hortum pervolitantes. L. LABOR OMNIBUS UNUS.

600.

Cautorum: Italicè *Aveduti.* Navis passis Velis contrà Vim Venti luctans. L. NIMIUM NE CREDE. Bovius.

601.

Senensis. Fornacula Chymica. L. AB EODEM VARIA.

DCII.

Suessionens. Aquila pullo suo viam præiens ad Solem. L. MATERNIS AUSIBUS AUDAX.

DCIII.

Tacitorum. Horologium mechanicum ſine ſtrepitu, aut ſono nocturnas horas lumine indicans. L. SILET ET DOCET. Bovius.

604.

Taurinenſis : *Solitariorum.* Speculum Cylindricum : varias figuras colligens. L. OMNIS IN UNUM. Emman. Theſaur.

605.

Tarviſienſis. Fabrica dimidiâ ſui parte perfecta cũ integris adhuc tabulatis, ac materia deinceps aptandâ. L. TARDE UT SUBLIMIUS.

606.

Tironum. Septem ſphæræ cæleſtes totidem circulis diſtinctæ cum typis Planetarum. L. GRADATIM. *Deſignantur ſeptem artes literales.*

607.

Veneta : *Approbatorum.* Aquila pullos ſuos ſolem intuentes alis protegens. L. ET PROBAT ET FOVET.
Vel : PROBATOS FOVET.

608.

Alia Ibidem *Securorum.* Sol in Ecliptica. L. INDECLINABILI GRESSU.

609.

Villæfrancæ. Adamantes. L. MULTO CLARESCIMUS IGNE. *Gallis enim* FEU *non pro Igne tantùm, ſed & pro Ingenio accipitur.* Men. *In cujus Sylloge ſunt etiam pleraque alia, jam relata.*

ACADEMICI.

Ex iis

Quorundam Symbola,

DCX.

Academicus Brixinenſis : *imparem ſe Collegarum Eruditioni profeſſus, & tamen inclareſcere ſe per eorum conſortium agnoſcens,* Nubem Lucidam *extulit, quæ Solem nihilominus intercipiebat oculis.* L. DUM IMPEDIO LUCESCO. In Syll. Men.

611.

Et Alius itidem Brixinenſis : ex Academia *Errantium.* Luna Plena. L. GRATA VICISSITUDINE. *Convenit in eum, qui alteri ſuccedit.*

DCXII.

Academicus Eccleſiaſticus, Academiæ *Gelatorum* adſcriptus. Ætna Nivibus operta, & ardens. L. VICISSIM SERVARE FIDEM. Bentivolus.
Vel : PUGNANTIA JUNGO.
Vel : SCIT NIVIBUS SERVARE FIDEM. *Ex Claudiano, quo & illud primum reſpexit.*

613.

Carolus Camillus Comes de Martinengo ad magna negotia ſe in Academia efformans. Hirundo ad oram maris conſidens, & migratura. L. PENSO VIRES.

614.

Florentinus *Della Cruſca.* Gallus Gallinaceus viperas cõmedens. L. RADOPPIA IL MIO VALORE. *Geminant mihi Vires. Indicare voluit, adverſis rebus* ſe magis confirmari.

DCXV.

Philosophicus. Sol per Nubes, aut Zodiacum transiens. L. INVENIT VIAM AUT FECIT. La Chambre.

616.

Pistorienſis *Revelatorum*: Luna. L. ERRAT INERRANS.

617.

Inter *Expergefactos* dictus: *Imperfectus*. Horologium sciathericum. L. NON LUMINE TANTUM.

618.

Brixinenſis. *Errantium*. Bonam noctis partem lucubrationibus suis tribuens. Noctua. L. PER AMICA SILENTIA LUNÆ.

DCXIX.

Et: alius ex eadem Academiâ Cognomento *Recisus*. Arbor excisa, & humi jacens. L. A PIU BELL OPRA. *Ad Opus præstantius*.

DCXX.

Alius ex Academia. *Intentorum*. Cognomine *Taciturnus*. Philomelæ pullus, aliam grandiorem cantantem auscultans. L. CUM TEMPORE REDDET: *Idiotismus est Italicus*: COL TEMPO.

621.

Vigilantium. Grus pede sublato lapidem sustinens. L. NUNQUAM DECIDET. *Quod & ad propositi constantiam potest referri*.

DCXXII.

Philoponorum. Faventiæ. Dictus *Avidus*. Canis feram insequens. L. QUO PROPIOR AVIDIOR.

DCXXIII.

Alius ex eadem Academia dictus *Audax*. Lepus montem ascendens. L. ARDUA FACILIUS. *Facilius enim canes effugit* Lepus ascendendo, quàm in descensu, vel in plano.

DCXXIV.

Alius cognomento *Obscurus*. Pyramis Notis Ægyptiis inscripta. L. VELAT ET REVELAT.

DCXXV.

In Academiam recens admissus. Arbor cum surculo insititio. L. ET PEREGRINUM ALIT. Mutius Peregrinus.

DCXXVI.

Academici *Concordes* dicti, pro Symbolo habent tria Horologia, Solare, Rotatum, & Arenarium, seu Clepsydram. L. TENDIMUS UNA.

627.

Senenses *Exagitati*. Cribrum. L. DONEC PURUM.
Vel: DONEC IMPURUM.

628.

Firmani dicti: *Conjuncti*. Serulam Litterariam anularem. Cum L. RITE JUNCTIS. In Syll. Men.

629.

Romanus. Leo de Maximis, *cùm publicè de Philosophia disputaret*. Sol in Leone. VIM PROFERT UBI MAXIMAM.

DCXXX.

Alius: Falconerius. Falco in Ardeam resupinatam præceps. L. DIRIGOR IN PRÆDAM.

631.

631.

D. de Angelis: cui Tessera Incus. Eadem. L. SUSTINENDO PROFICIT.

632.

Theses suas Illustri Viro, in cujus Insignibus erant Alæ volucrum, dedicans, ejúsque præsidio confidens. Alæ. L. L. TOLLERE NON DEPRIMERE.

Vel: NON USITATA NEC TENUI FERAR. *Ex Horat.*

DISCIPLINÆ, ARTES LITTERARIÆ.

633.

Theologia. Lucifer, seu stella matutina. L. TESTIMONIUM PERHIBET DE LUMINE. Coll. Lugdun. S. J.

DCXXXIV.

Theologus in I. Partem D. Thomæ scribens. Speculum Solis imaginem reddens. L. QUALIS INEST CÆLO. Syll. Men.

DCXXXV.

Et: Horologium sciathericum. L. CÆLESTIA MONSTRAT IN UMBRA. Idem. *In Ser.mo Principis Palatini adventu.*

636.

Idem ejusdem Doctoris Commentator. L. ALTER ET IDEM. Cellier.

DCXXXVII.

Et: Sol Montes illuminans. L. MIHI SUMMA PATENT. Syll. Men.

Vel: NEL PIU ALTO MI SPIEGO. *Altior explicatior.* Ibid.

DCXXXVIII.

Perspicax, & Profundus. Aquila in profundam Vallem è monte despiciens. L. PROFUNDISSIMA QUÆQUE. Syll. Men.

Vel: PRÆVERTITUR OMNES.

639.

Et: Ardea supra Nubes evolans. L. IN SUBLIME FEROR.

Vel: INDAGAT SUBLIMIA. Ibid.

640.

Jurisprudentia. Bilancis momentum in medio consistens. L. OMNIS IN UNUM. Thesaur. *Quod Lemma cum diversis quidem figuris, artibus omnibus Author tribuit. Ut:*

641.

Physica. Globus Mundi. L. OMNIS IN UNUM.

DCXLII.

Et: Sol Oriens. L. NATURAM EXPLICAT OMNEM. Coll. Lugdun. *per eandem occasionem.*

643.

Eidem, ut Historiæ quoque, ac Geographiæ maxima facta accessio post detectum Novum Orbem. Sidera Poli Antarctici. L. NOVIS NOVA LUMINA TERRIS. Syll. Men.

DCXLIV.

Dialectica. Manus constricta in pugnum, *hôc enim dicebat Zeno illam à Rhetoricâ differre, ut, similis esset manui explicatæ.* L. OMNIS IN UNUM. Thes.

Vel: STRICTA VALIDIOR. Coll. Lugdun.

645.

645.

Ethica. Silenus Socratis, extima ſpecie deformis, intus repletus auro & gemmis, quæ de aperto ſtatuæ pectore tralucent. L. OMNIS IN UNUM. Idem.

646.

Matheſis. Speculum parabolicum, quò Solares radij in unum punctum colliguntur. L. OMNIS IN UNUM.

DCXLVII.

Et: Sol ſui Diſci figuram per Clathros quadratos immittens, & figuram nihilominus rotundã in pavimento efformans. L. MUTAT QUADRATA ROTUNDIS. *Ex Horat.* P. Greg. à S. Vincentio *præfixit Libro ſuo de Quadratura Circuli, quam ſe reperiſſe putabat.*

648.

Chronologia. Sol in Zodiaco. L. L' ORDINE ASSEGNO AL VARIAR DE TEMPI. Temporis Curſum attempero. Syll. Men.

DCXLIX.

Aſtronomia. Tubus opticus in cælum directus. L. VICINAQUE SIDERA FECIT. *Ex Ovid.* Montmor. *D. Hugens de Zulichen Inventori Teleſcopii. Sed hæc Latis convenit potiùs Galilæo Florentino.*

Vel: CÆLI ABDITA PANDIT. Coll. Lugd. S. J.

DCL.

Geometria. Circulus in Tabula Geometrica deſcriptus, *à cujus peripheria omnes lineæ puncto, ſeu Centro æqualiter terminantur.* L. OMNIS IN UNUM. Theſaur.

DCLI.

Hydrographia. Tabula Hydrographica cum ſuis circulis, & Rhombis. L. IGNOTAS DOCET IRE VIAS. Syll. Men.

652.

Arithmetica. Tabula Diviſoria, vel Numeralis 100000. &c. L. OMNIS IN UNUM. Theſ.

DCLIII.

Facultas Medica. Fornax ſtillativa, ſeu fornacula Chymica, *in qua ex integro faſce herbarum ſuccus eliquatur.* L. OMNIS IN UNUM. Idem.

654.

Hiſtoria. Fax extinctos cereos accendens. L. EXTINCTOS LUCI REDDO. Coll. Lugdunenſe. S. J.

655.

Rhetorica. Scopus altè defixus, in quem undique Sagittæ &c. diriguntur. L. OMNIS IN UNUM. *Eò quòd Argumenta omnia ad unius Propoſitionis confirmationem diriguntur.* Idem.

DCLVI.

Et: Horologium cum ponderibus, ac campanulâ. L. MEDITATA ET TEMPORE DICIT. C. Lugd.

Et: Conchylium Margartiferum. L. DUM SE APERIT PROFUNDIT OPES. Men.

POESIS.

DCLVII.

Poëfis. Cithara. L. OMNIS IN UNUM. *Unitas enim differentium chordarum eſt Harmonia, & Poëmatis Unitas eſt Heros.* Idem in Syll.

DCLVIII.

Poëſeos officium : docere, & delectare. Horologium ſciathericum Opere Topiario, *quale eſt in Villa Aldobrandina ex attonſis in numeros Areolis; & Cupreſſo, tanquam Gnomone, compoſitum.* L. DOCET ET DELECTAT. Fam. Strada.
Vel : L. OCULIS ET MENTI.

DCLIX.

Poëſis Heroica. Elephas turritus. L. ARMA VIRUMQUE. *Ex Virg.*

660.

Poëſis Amore, vel Favore animatur. Philomela Botrum roſtro carpens. L. HINC DULCE MELOS. Carrouſels. Men.

DCLXI.

Et: Cicada : obſucro, vel hyberno Cælo. L. SILET DUM NON ARDET. Idem in Syll.

DCLXII.

Tempus opportunum & Mæcenatem requirit. Moletrina velaris â ventis agitata. L. QUAL MAS QUAL MENOS. *Plúsve Minúsve.* Bela.
Vel: UT SPIRITUS AFFLAT. Silv.

663.

Et : Cygnus flante Zephyro. L. MODULABOR AFFLANTE.
Vel : FLATU FAVONIJ CONCINET. Syll. Men.

664.

Et ſingulariter Oeſtro opus eſt illi. Organum Muſicum cum *tibijs, tubis, lituis, utre. &c. Quæ omnia flatus animat.* L. SPIRITUS EST QUI VIVIFICAT. Moyne.

DCLXV.

Et : Tuba in mensâ repoſita. L. ANIMO DUM ANIMOR. Idem.

DCLXVI.

Studio, & contentione. Struthio-Camelus, *cui pennæ ſuæ ad volatum haud ſufficiunt.* L. NIL PENNA SED USUS. Syll. Men.

DCLXVII.

Poëſis Satyrica. Roſa. L. PUNGO ET DELECTO. Bela.

668.

Et : Hirudo brachio adhærens. L. MORDENDO SANAT. Bohours.

DCLXIX.

Et : Scorpius. L. VULNUS OPEMQUE GERIT.

670.

Eadem mores erudiens. Meta ſeu Scopus pluribus ſagittis diverſimodè fixa, unâ tantùm in puncto defixâ. L QUO VIRTUS QUO FERAT ERROR. Bruxellen.

DCLXXI.

Seceſſûs, & ſolitudinis amans. Philomela in opaco nemore. SECRETA PETIT LOCA. *Ex Horat.* Idem.

672.

Et Cygnus, Sidus. L. E GODE QUI BEATO AURA CELESTE. *Cælo perfruitur ſereniore : ex Martial.*

DCLXXIII.

Candida, & ſuavis. Cygnus Natans. L. CUM CANDORE CANOR. Clem. IX. *Signat ejus Poëſim ante Pontificatum: & Vaticinium Malachiæ ipſi attributum*: SIDUS OLORIS. Bovius.

DCLXXIV.

Et : Stellæ diſparentes dum occidunt. L. INSIGNES ET IMOS. *Ex Horat.*
Vel : NULLUM IMMUNE LUMEN. Ibid.

DCCLXXXVI.

Et Latrunculi, *vulgo Scacchi* : ab alveolo in pyxidem remiſſi à protenſa manu. L. OMNES EODEM COGIMUR. *Ex Horat.* P. Engelgrave.

De morte SS. & Heroum agunt Claſſ. I. & II. ſub eisdem ferme Titulis.

N. NO-

N.

NOBILITAS.

787.

Generis : ad Virtutem ſtimulus, & ad majorum gloriam æquandam incitamentum eſt. Aquilæ pullus ad volandum à majore Aquilâ prævolante provocatus. L. ANIMOS DAT ORIGO SEQUENDI. Abbati Imperiali, *cùm Card. Patruo ſuo Theſes Philoſophicas dedicaret.* Bovius.

788.

Et : Pulli Aquilarum, ad Solem converſis oculis, uno alteróve connivente. L. DEGENERES LUX ARGUIT. Syll. Men.

Vide plura Claſſ. II. Titulo eodem.

O.

OPES.

789.

Sæpe damnoſæ, & perniciem afferentes. Arbor pomis gravis & fatiſcens. L. PONDERE FRACTA SUO. Montm.
Vel : NIMIUM NOCET ESSE FERACEM. Bruxell.

790.

Earum cumulandarum labor vanus. Reticulum Araneæ laceratum. L. TANTÆ MOLIS ERAT! *Ex Virg.* Iidem.

791.

In Deum, ejúsque cultum refundendæ. Fluvij in Mare decurrentes. L. EO OMNIA UNDE. Iidem.

ORATOR.

792.

Eccleſiaſticus : in depravatos mores, & vitia detonans. Ignis in vepreto exardeſcens, & Angues fugans. L. PRÆCIPITATE FUGAM. Jo. Paulo Oliva trium Pontiff. Concionatori Apoſtolico. Bovius.

793.

Vel : Pavo ſibilo ſuo ſerpentes fugans L. VOCE TANTUM. Syll. Men.

DCCXCIV.

Studium Pietatis in Eccleſiæ Principibus dicendo promovens. Tuba. L. ANIMOS ET FORTIBUS ADDIT. *Vel* AUGET. Bovius Eidem.

DCCXCV.

E Sacris Paginis, & SS. PP. omnem petit apparatum, & efficacitatem ad alios ſuâ Eloquentiâ inflammandos. Speculum Cauſticum Soli obverſum. L. VIM SUMIT AB ALTO. Idem Eidem.

DCCXCVI.

Et : Iris. L. MONETQUE PLACETQUE MONENDO. Archiepiſc. Pariſienſi D. de Harlay. P. La Rüe. *Nomine Coll. Claromontani. S. J.*

797.

Orator : Sacerdos, vel Epiſcopus. Duæ Luſciniæ duarum arborum ramis inſidentes. L. MORIR O CANTAR *Aut Moriendum, aut Cantandum.* P. Nuñez de Cepeda.

DCCXCVIII.

Et : Alveare Apum. L. DULÇURA Y ORDEN. Dulcor & Ordo.

DCCXCIX.

Urſa fœtum ſuum linguâ fingens. L. DONEC FORMETUR. Idem.
Vel: QUOS ITERUM PARTURIO.

800.

Septem Tubæ Jerichuntis muros ſono dejicientes. L. FULMEN AB ORE VENIT. Idem.

801.

Vel: Aquila fulmen roſtro tenens. L. FULMEN AB ORE. Syll. Men.

802.

Secundum Chriſti Adventum pro Concione tractans. Gallus Gallinaceus Oriente Sole. L. GESTU PRÆNUNCIAT ET CANTU. Ibid.

803.

Et: Cygnus. L. DIVINUM SIBI CONCINENS ET ORBI. Corn. Muſſi Ep. Bituntini.

DCCCIV.

Auditores ſibi parans; ac potiùs Chriſto filios pariens. Apes ſupra flores. L. ORE LEGUNT SOBOLEM. Areſius.

DCCCV.

Ex optimis Scriptoribus optima ſeligens. *Alembicum*: ſeu fornacula Chymica. L. SECERNENDO PERFICIT. Men. Syll.

DCCCVI.

Et: Aquarius Cæleſtis. L. CÆLESTES PROFUNDIT OPES.

DCCCVII.

Et: Hortus in areolas variorum florum diſtributus. L. ET ORDO ET COPIA. J. Bergerus.

DCCCVIII.

Ingenio, & dicendi vehementiâ præſtans. Aquila fulmen geſtans, & Solem intuens. L. HINC LUMEN HINC FULMINA. Idem.

DCCCIX.

Fructuoſior, quàm floridior. Arbor pomis gravis. L. POMA PRO FLORIBUS. P. Nuñez.

DCCCX.

Et: Gallina pullos ſuos clamore convocans. L. CLAMAT UT CONGREGET. Men. Syll.

DCCCXI.

Gallus Gallinaceus. L. JACENTES EXCITAT.
Vel: SOMNOLENTOS INCREPAT. Idem.

DCCCXII.

Orator celebri Eloquentiâ. Lucerna Piſcis: *Sic dictus, quòd ejus Lingua noctu luceat.* L. NOMEN LINGUA DEDIT.
Vel: A LINGUA JUBAR. Apud Piccin.
Vel: SPLENDOREM MIHI LINGUA.

DCCCXIII.

Exercitatione, ac ſtudio nativam dicendi facultatem perficiens. Pſittacus. L. NATURA ET ARTE. Syll. Men.

DCCCXIV.

Suavis in dicendo, & efficax. Apes circa Alvearia. L. UTILE DULCI. Idem.

DCCCXV.

Et Roſa in ſuo culmo, ſpinis armato. L. E PUNGE E PIACE. *Et Placet, & Pungit.* C. Anticus.

DCCCXVI.

Eloquens, & ad permovendos Auditorum, quantumvis obstinatorum, animos validus. Chalybs è silice flammam excutiens. L. TRASSE ARDOR DALLE PIETRE. *E Petris excutit Ignem.* Apud Piccinell.

817.

Ardens Zelo, ideóque potens ad versandos, quò libet, animos Auditorum. Electrum, seu succinum paleas ad se trahens. L. TRAHAM SI CALEAM. Ibidem.

DCCCXVIII.

Et: Insignis probitatis exemplo armatus, eóque potentior. Fulmen. L. VIM VIRTUS. Bela.

819.

In solitudinem se per intervalla recipiens, ad novum lumen, & dicendi vim sibi comparandam: Ignis Cinere contectus. L. LATET UT NITEAT. Syll. Men.

DCCCXX.

Campus seu Ager à Nilo flumine inundatus. L. DUM CONDOR FOECUNDOR. PP. Belgæ. *In Imag. I. Seculi.*

DCCCXXI.

Et Philomela in nemore. L. DESERTUM FACIT ESSE DISERTUM. Ibidem.

DCCCXXII.

Oratores sacri, seu Concionatores. Astra Firmamenti. L. NUMINE ET LUMINE. Ibidem.

DCCCXXIII.

Munere pares illi quidem, sed efficaciâ, ob morum diversitatem, inæquales. Stellæ. L. LUX EADEM NON VIS. Ibidem.

824.

Orator audax, & præfidens. Sol Nubibus circumdatus. L. VIAM FACIET AUT INVENIET. Moyne.

OTIUM.

DCCCXXV.

Sapientis Negotiosum. Circinus orbem, seu Circulum describens. L. QUIESCIT AGITQUE. Bruxell.

Vel: Græcum. ΣΧΟΛΗ ΑΣΧΟΛΟΣ. *Otium negotiosum.*

826.

Principis, vel Administri Regij, Reip. noxium. Horologium, ablatis ponderibus. L. CESSANDO PUBLICA TURBAT. Iidem.

827.

Otiosorum Hominũ Vita tristitiæ plena. Citharæ, Cheles &c. è pariete suspensæ. L. TORPENTUM NULLA VOLUPTAS. Iidem.

P.

PATER FAMILIAS.

DCCCXXVIII.

Parens, Liberûm ſuorum ſeverus Educator. Aquila è pullis ſuis unum & alterum nido dejiciens. L. ODIT INERTES.

Vel: DEGENERES IRA PATERNA FERIT. Syll. Men.

DCCCXXIX.

Suorum educationi plurimùm intentus. Struthio. Camelus ova ſua fixis oculis intuens. (*Sic enim pullos ſuos excludere dicitur.*) L. FORMAT OBTUTU.

Vel: LUX VITAM. Ibidem.

DCCCXXX.

Et: Hirundo inter pullos eſcam diſtribuens. L. SINGULIS ÆQUE. Ibid.

831.

Frugaliter vivens, ac genium fraudans ſuum: ut Liberis ſuis in futurum proſpiciat. Columba teneriores plumas ſibi eripiens, ut ex ijs nidum pullis ſternat. L. MOLLIUS UT CUBENT.

DCCCXXXII.

Benignus ac Providus. Pelicanus pullos ſuos ſanguine ſuo irrorans. L. NON SUM MIHI NATUS. Ibid.

DCCCXXXIII.

Probè, atque ad omnem Virtutem eos inſtituens. Aquila cum pullis ſuis in nido, iísque ad Solem intuendum converſis. L. IMPLUMES CONVERTIT AD ÆTHERA.

Vel: RECTO FLAMMAS IMPERATORE PATI.

Vel: NATORUM VIRES INGENIUMQUE PROBAT. Syll. Men.

834.

Filium ſe dignum poſt ſe relinquens. Phœnix. L. NON ALTER ERIT NISI NATUS AB ILLO. Ibid.

DCCCXXXV.

Adultiores Liberos â ſe dimittens. Aquila Pullos jam grandiores nido propellens. L. ALIAS JAM QUÆRITE TERRAS. Ibid.

836.

In educatione filiorum moderatus, nec nimis facilis nec nimis ſeverus. Manus Anguillam tenens. L. SI LAXES EREPIT SI STRINGAS ERUMPIT. Interpres Germanicus Don Quixote de la Mancha.

PATIENTIA.

DCCCXXXVII.

Conſtans, & Invicta. Incus, pone jacentibus variæ magnitudinis malleis. L. TUNDOR NON FRANGOR. Bargaglius.

Vel: QUANTO BATTUTA PIU TANTO PIU INDURA. *A quo vapulat induratur.* A Certanus.

DCCCXXXVIII.

Vera, mitis: & in adverſis exultans. Delphin in ſummis undis ludens cum mare turbari incipit. L. IN ADVERSIS EXULTAT Piccin.

839.

Et: Pila è terra reſiliens. L. QUO MAGE DEJICITUR SURGIT MAGIS. Bruxellen.

840.

Et: Turbo, ſeu Trochus luſorius flagello incitatus. L. DANT ANIMOS PLAGÆ. Iidem.

DCCCXLI.

Et : Tympanum malleis ſuppoſitum. L. L. HINC ANIMOS SUMIT. Iidem.

DCCCXLII.

Nobilitatur adverſis. Variæ Cruces Ordinum militarium, ut *Teutonici Meliteníis*, *S. Jacobi*, *Alcantara*, *Calatrava &c.* L. A CRUCE NOBILITAS.

DCCCXLIII.

Ejusdem ſemper tenoris, & animo ſereno atque pacato. Piſcis è Mari eminens. L. NELL AMARO DEL MAR DOLCE HO LA VITA. *Dulce meum non tollit amaror.* A. Certanus.
Vel : VIVIMUS IN SALSO.

DCCCXLIV.

Prudentiâ nihilominus temperata. Arbuſcula inclinata à Vento prope Quercum infractam. L. CEDENDO RESISTIT. Bohours.
Et : Junci ſeu arundines Columnenſium. cum L. FLECTIMUR NON FRANGIMUR.

Vide quoque Tit. ADVERSÆ RES. *Item Claſſ. II.* PRINCEPS, & REX ADVERSIS EXERCITI.

PAX.

845.

Inita inter Gallos, & Hiſpanos. Lilij flos ſeptem ſagittis per Nodum Gordium transductis. L. CONJUNGUNT SUA TELA LEO SUA LILIA GALLUS : QUIS SEPARABIT ? Men.

846.

Eadem ſequeſtro Hymenæo. Duæ manus conſertæ : tertiâ è Cælo porrectâ. L. PACEM ET CONNUBIA JUNGAM. Idem.

DCCCXLVII.

Et : Cælum Nocturnum lucente Luna. L. QUIESCUNT OMNIA CIRCUM. Idem.

DCCCXLVIII.

Et : Caduceum Mercurij, *hoc eſt ſceptrum cum duobus ſerpentibus mutuò reſpicientibus.* L. PUGNANTIA JUNGAM. Brux.

849.

Reducta à Rege Hiſpaniæ. Sol diſcuſsâ nebulâ Mundum illuminans. L. PULSA TEMPESTATE SERENAT. Syll. Men.

DCCCL.

Vel : Idem Sol Nubem fulgurantem in pluviam reſolvens. L. FULGURA IN PLUVIAM FECIT. Pſ. Ibid.

DCCCLI.

Et : Sol Iridem formans. L. TERRAS JUBET ESSE QUIETAS. Ibidem.

DCCCLII.

Sol toto cælo refulgens, vel in ſtagno relucens. L. EN APAZIBLE TODO SE VEE. *Apparet totus tempeſtate tranquillâ.*
Vel : FIRMIUS IN PLACIDO. Academici Olympici.
Vel : TRANQUILLO NITET.

853.

Sol Meridianus. L. PIU VALIDO E PIU SERENO. *Quo validior eò Serenior.*

854.

Et : L. BOREÆ QUOQUE NUBILA CEDUNT. *Tangit populos Aquilonares pacem denique complexos etiam ipſos.* Ibid.

855. Sol

855.

Sol Occidens : Tauris cum aratro domum repetentibus. L. DAT REQUIEM FESSIS.

DCCCLVI.

Sol Nubila, fulgurúmque minaces hiatus radiis suis dissipans. L. TERRORI SUCCEDIT AMOR.

857.

Et : Nubes inaurans quodammodo. L. SERENAT ET ORNAT. Ibid.

DCCCLVIII.

Pax ubique constituta. Luna super mare effulgens. L. SEU TOLLERE SEU PONERE VULT. *Ex Horat.* In Thes. Turen. *Tribuit hanc Auctor Lud. XIV. sed fortè jam priùs tributum hoc Symbolum fuerat ejus Ministro Comiti d' Avaux : uti nos retulimus Class. II. n. 1072.*

DCCCLIX.

Et Globus plano impositus. L. QUIESCIT TOTUS IN UNO. P. La Rüe. Idem.

DCCCLX.

Pax post Bellum. Iris. L. UNDE INTONUIT.
Vel : POST NUBILA ET IMBRES.
Vel : FULMINIBUS PRIUS EMICUIT.
Vel : REDEUNT IN CLAUSTRA PROCELLÆ. Ibid.
Vel : VINCENDIO SERENAT. Thes. Turen.
Vel : CLARIOR A PRÆEUNTE PROCELLA. P. Juglaris.

DCCCLI.

Post Victoriam Pax. Clava Herculis ad Aram oleâ convestitam reclinata. L. MONSTRA SUPERAVIT PRIUS. *Ex Senecâ.* Thes. Turen.

DCCCLXII.

Pacis conservandæ studium, & Cura. Echinus latebras suas obstruens mari tranquillo. L. MUNIO DUM PAX EST. Bruxell.

863.

Ejus commoda : post conciliata invicem regna, & restitutum commercium. Duæ Regiones, quas flumen interfluit. L. DECUS EST ET COPIA JUNCTIS. Thes. Turen.

DCCCLXIV.

Artes Pacis tempore florent potissimùm. Stellæ in superficie maris, aut stagni placidi, ac plani reflexæ. L. TRANQUILLO RENIDENT. Syll. Men.

De Pace vide plura Class. II. in vocibus PRINCEPS, & REX PACIFICATOR.

POLITICA.

865.

Fallax : & specie Pietatis publico imponens. Equus Trojanus. L. SPECIE RELIGIONIS. Saavedra.

866.

Falsa, & Fallens. Manus Rete vacuum ad ripam trahens. L. NON SEMPER TRIPODEM. Idem.

PON-

PONTIFEX.

DCCCLXVII.

Pontificis ſummi Poteſtas. Claves. L. CLAUDIT ET APERIT. A. Ferrus.

DCCCLXVIII.

Summus Paſtorum Paſtor. Stella Polaris. Navi imminens. L. RECTORES REGIT. Syll. Men.

DCCCLXIX.

Et : Columna Iſraëlitarum. L. VIS DUPLEX FULGET IN UNO. *Quia eadem per diem erat in forma nubis, per noctem verò in forma ignis.* Idem.

DCCCLXX.

Gregorij XIII. Electio, lue per Urbem graſſante. Draco in ſerpentem æneum à Moyſe erectum conformatus. L. EXALTATUS SANAT. Syll. Men.

DCCCLXXI.

Ejus benignitas, & munificentia. Draco aureorum pomorum Cuſtos. L. PRÆBET NON PROHIBET. Ibidem.

DCCCLXXII.

Urbanus VIII. ejus perſpicacia. Tubus Opticus : ſeu Teleſcopium. L. REMOTISSIMA PROPE. A. Ferrus.

DCCCLXXIII.

Et : Idem Tubus inverſus. L. PROPIORA PROCUL. Unde Symbolum duplex conficitur eodem Tubo diverſo ſitu ſemel iterúmque poſito. *Conveniret utrumque hoc Symbolum non malè Pontificibus illis, qui admotis regimini Adminiſtris extraneis, neceſſarios, & propinquos ſuos procul à ſe habuêre, ut Innoc. XI. & XII. & quibusdam alijs ante iſtos.*

874.

Innocentius X. In cujus clypeo Columba. Eadem Columba radijs cincta. L. DIGNA REFERRE DEUM. Bovius.

DCCCLXXV.

Idem, cùm ad S. Jo. Lateranenſis poſſeſſionem adiret Pontificatûs ſui. Eadem Columba cum ramuſculo olivæ. L. MUNDI MELIORIS ORIGO.
Vel : ALLEVIATÆ SUNT AQUÆ SUPER TERRAM.
Vel : EMERGERE NUNCIAT ORBEM. Bovius.
Vel : E' L BEL TEMPO RIMENA. *Ex Petrarcha. Tempora Læſa reducit.*
Vel : RENOVABIS FACIEM TERRÆ Syll. Men.
Vel : AUSPICIUM MELIORIS ÆVI. PP. Belgæ in Imagine. I. Seculi.

876.

Idem, Galliâ potiſſimùm annitente, electus. Columba Noëmica cum Lilijs, *quæ illius itidem Teſſera*, repræſentata in Columba ampullam roſtro ferente, *quam dicunt Galli S. Remigio fuiſſe allatam in Baptiſmo Clodouei.* L. PRÆTER SPEM NON PRÆTER VOTUM. Syll. Men.

DCCCLXXVII.

Clemens IX. In omnes beneficus, ſui negligens. Pelicanus pullos ſuos ſanguine irrorans. L. ALIJS NON SIBI CLEMENS. Syll. Men.

DCCCLXXVIII.

Deum, & ſolam ejus gloriam ſpectans. Stella Matutina. L. DISPONIT CUM SOLE VIAS. Syll. Men.

879.

Clemens X. Invitus electus, & pæne coactus. Ejus effigies in Numiſmate. L. EXPRESSA PREMENDO. Bovius.

880.

Multò antè Vaticinio, ut creditur, Malachiæ promissus ijs verbis: *De Flumine Magno.* Eridani Cæleſtis ſidera; *ſunt ejus Inſignia ſtellæ ſex.* L. MANENDO MANANT. Bovius.
Vel: MANANTQUE MANENTQUE.

DCCCLXXXI.

Innocentius XI. Aquila ſolem ſuſpiciens. L. LUCIS AMAT FONTEM. Idem.

882.

Pietati zelum jungit. Leo in Zodiaco. SOLEM FERVORIBUS AUGET. Idem.

883.

Utrumque Prudentiâ temperat, quâ nihil temerè, aut improvidè gerit. Signiferi in tabula Scacchorum. L. NON SORTE MOVENTUR. Idem Eidem.

DCCCLXXXIV.

Pontificiæ Poteſtatis Aſſertor. Leo uterque: Cæleſtis, & Terreſtris. L. TERRIS DOMINATUR ET ASTRIS. Mediolanenſes.

Quæ figuræ omnes ex ejus ſcuto gentilitio deſumptæ ſunt.

885.

Omnibus acceptus, & ambabilis. Paſtillus fumans. L. SUPERIS ACCEPTUS ET IMIS. Syll. Men.

886.

Mores Chriſtiani orbis emendat. Aquila cum pennis deciduis. L. RECEDANT VETERA. Bovius.

Plura vide Claſſ. II. Tit. PRINCEPS.

PRINCIPES.

ET

MAGISTRATUS,

DCCCLXXXVII.

Dum alios regunt, à Deo ſe regi patiantur oportet. Stellæ Cælo collucentes. L. REGUNT SED REGUNTUR. Syll. Men.

DCCCLXXXVIII.

Et: Pyxis Nautica directa verſus Stellam Polarem. L. NON REGO NI REGAR. Bohours.

DCCCLXXXIX.

Princeps æqui Amans. Speculum. L. OMNIBUS IDEM. *Ex illo Virg.* Rex Jupiter omnibus Idem. Silv.

DCCCXC.

Et bonarum Artium fautor, ac Mæcenas. Sol. L. IL ECLAIRE IL ESCHAUFFE. *Illuſtrat & Accendit.* Syll. Men.

891.

Niſi per benefacta non agnoſcitur. Sol cum Luna, cujus poſterioris vox eſt, & L. DA ME LUZ O ESCONDETE. *Aut Lucem impertire, aut abſcondere.* Syll. Men.

892.

Munia, & Dignitates rectè, & aptè diſtribuens. Elementa Ordinata. L. NEC CONFUSUS HONOS. Ibid.

DCCCXCIII.

DCCCXCIII.

Eos, qui minorem provinciam rectè administrârunt, ad majorem promovens. Dolium aut quodcunque vas vinarium ardens. L. VON ERUET IN BESSER. March. Cybo. Massæ & Carrar. Apud. Typot.

DCCCXCIV.

Et Sol extractis vaporibus Iridem formans. L. QUOS SUSTULIT ORNAT. Men. in Syll.

DCCCXCV.

Consilia sua recondens, etsi actiones publico pateant. Horologium rotatum. L. MOTIBUS ARCANIS. Bohours. *Ex Typotio.*

896.

Inter Consiliarios suos, & familiares præstans, & retinens suæ Dignitatis. Planetæ circa Solem. L. NON LICET ESSE PARES. *Desumptum è Disticho:*

Cognatis quamvis radijs, & Luce coruſca
Esse licet ſimiles, non licet esse pares.

DCCCXCVII.

Præsens adest rebus gerendis. Sol campum illustrans. L. VIGET QUODCUNQUE. Syll. Men.

898.

Idem Laboriosus, & assiduus in administranda Republica. Horologium in Turricula. L. REQUIEM CUM PONDERE NESCIT. Innoc. X. Bovius.

DCCCXCIX.

Accessu facilis. Sol. L. FACILIS QUÆRENTIBUS.
Vel: CUNCTIS SPECTABILIS ÆQUE. Ibidem.

CM.

Consilia Consilijs addens. Magnes plures circulos ferreos attrahens. L. NEXIBUS ARCANIS.

CMI.

Sua quædam arcana nihilominus Consiliarios suos celans. Sol Radios suos in asperum, & saxosum montem projiciens. L. VIS MAJOR IN ABSCONDITIS. Ibid.

CMII.

Legum Custos, & Vindex. Frenum Equi. L. REGIT ET CORRIGIT. Saavedra.

903.

Leges, & Ærarij administrationem reformans. Sol in signo Arietis: Nives dissolvens, & terras aperiens. L. PURGAT CUM RENOVAT. Syll. Men.

CMIV.

Ipse subjectis sibi populis est morum Regula, & Lex. Speculum. L. QUODCUNQUE LIBET DUM OSTENDITUR EXIT. Silv. *E. Seneca.*

CMV.

Lenis in Cives: ideóque ab hostium insidijs tutus. Alveare, circumvolitantibus Apibus. L. PLEBIS AMOR CUSTODIA REGIS. Apud Belam.

906.

Ad pœnas expetendas difficilis & tardus. Horologium sublato supra campanulam malleo. L. PRIUS MIHI VISCERA CUNCTA MOVENTUR. Menet.

CMVII.

Solicitus de sublevandis populorum oneribus. Sol. L. SIBI SOLI NON LUCET. Syll. Men.

CMVIII.

Et communi populorum utilitati se commodans. Cælum stelliferum. L. VOLUITUR UT PROSIT. Clem. IX. Bovius.

909.

Potens, & tamen Pacis amans, ac patiens. Gladius Olivâ circumdatus. L. QUOD LIBET ELIGE. Men.

CMX.

Princeps cum alio potentiore congressus, eóque victus, ut Impar. Leo Lupi fauces pede comprimens. L. PUGNA CONGRESSUS INIQUA. *E Virg.* Montmor.

911.

Et se utcunque defendens. Cycnus Aquilæ congressus. L. LACESSITUS. Dux Mantuan. Apud Typot.

CMXII.

Et: Luna Solis propinquitate illunis, & obscura. L. PRÆSENTIA NOCET. Syll. Men.

CMXIII.

Et Struthio camelus resupinato accipitri insultans. L. PROVOCATUS PUGNO. Henr. IV. Apud Typot.

914.

Severus in contumaces, cedentibus mitis. Fulmen Quercum feriens, & arundines, aliásque minores arbuscolas inclinatas prætervolans. L. PARCERE SUBJECTIS ET DEBELLARE SUPERBOS. *E Virg.* Silv.

CMXV.

Et: Turbo venti in Arborem incumbens. L. CHI NON CEDE S' OPPRIMA. *Opprimatur, aut cedat.* Idem.

CMXVI.

Vel in Pace Arma ostentans. Rosa decerpta â suo frutice. L. INERMIS PURPURA CONTEMTUI EST. Idem.

917.

Princeps Ecclesiasticus è Religiosi ordinis Alumno, de prioris vitæ genere nihil admodum immutans. Phœnix. L. EADEM (Avis) NON EADEM. Syll. Men.

CMXVIII.

Princeps Pacificator. Columba Noëmica. L. PAX PENDET AB ORE. Coll. Claromontanum Principi Condæo.

CMXIX.

Princeps Infelix, favore Regis primùm, tum capite minutus. *Ut Momorantius gratiosus primò Lud. XIII. tum ab eodem capitis damnato, plexóque ante Henrici IV. Statuam.* Hydra resectis capitibus. L. NEC CRESCERE PROFUIT. Apud Bohours. *Ex Ovidio.* Elegans de hoc est Epigramma.

Ante Patris Statuam Nati implacabilis irâ
Occubui indignâ morte, manúque cadens.
Illorum ingemuit neuter mea fata videndo:
Ora Patris, Nati pectora marmor erant.

CMXX.

Princeps malus deteriores se populos suos reddit. Speculum Concavum: *ut describit Seneca: Sunt quædam specula, quæ videre extimescas, tanta Deformitate corruptam faciem visentium reddunt.* L. SERVATA SIMILITUDINE IN PEJUS. Silv.

Plura & his affinia leges Classe II. in voce hac ipsa: PRINCEPS. REX. SENATUS REGIUS. &c.

PRU-

PRUDENTIA.

Ejus tria Symbola inſcripta Navi, cui Prudentiæ nomen inditum fuerat.

921.

1. Draco, Heſperidum poma cuſtodiens. L. VIGILAT QUI CUSTODIT. *Quod quidem Lemma eſt antiquius.* Apud Typot.

922.

2. Serpens per dumos & Rupes ſe penetrans. L. NIL SISTIT EUNDEM.

CMXXIII.

3. Serpens ſepem pervadens. L. QUANTO MEN S' INNALZA PIU S' INOLTRA. *Quo ſe magis deprimit, eò progreditur longiùs.* Apud Bohours.

CMXXIV.

Animi potiſſima Virtus. Sol. L. MENTE FEROR QUOCUNQUE FEROR. Moyne.

925.

Tempeſtivè, & Opportunè omnia gerens. Aquila Fulmen, & Palmæ ramum unguibus ſuſtinens. L. EN KAIPΩ EKATEPON. *Pro Tempore alterutrum.* Syll. Men.

926.

Et: Sagittarius Cæleſtis in formâ Centauri cum Corona itidem cæleſti ad pedes jacente. L. OPPORTUNE. Car. Emman. Ducis Sabaudiæ. Apud Typotium: & Carrous. Men.

927.

Et: Falco Prædam ſuam priùs conſiderans, quàm in eam involet. L. A SUO TEMPO. *Opportunè: cùm tempus monebit.*

CMXXVIII.

Omnia maturo conſilio penſitans. Triton: ſeu Gallus & Vexillum verſatile in culmine Turris. L. OMNES EXPLORAT VENTOS. Syll. Men.

CMXXIX.

Prudentia conſilijs aliorum adjuta. Sol. L. REGITURQUE REGITQUE. Moyn.

CMXXX. & CMXXXI.

Provida periculorum, ideóque Victrix. Baſiliſcus, *quem ajunt*, ſi prior hominem aſpiciat hujus nece vivere: ſi verò ab homine priore aſpiciatur, interire. Lemma Duplex.

1. PRÆVISUS CADIT.
2. PRÆVIDENS CÆDIT. Lucarinus.

932.

Circumſpecta in loquendo. Anſer, qui licèt ſit *inamœni cantus, clangore ſuo Gallos Capitolium noctu invadentes prodidit.* L. BENE SI OPPORTUNE. Syll. Men.

933.

De Calliditate triumphans. Leo Vulpem opprimens. L. FRAUS VIRTUTE PERIT. Bela.

934.

Et: Cervus ſerpentes è cavernis ſuis elicitos pedibus proterens. L. NULLIS FRAUS TUTA LATEBRIS. Caroli IX. Apud Typotium.

935.

Prudentia civilis. Apes cælo nubilo floſculos in adjacente dolio reponentes. L. PRÆVIDENT ET PROVIDENT. Bovius.

CMXXXVI.

Utrâque fortunâ bene utens. Plures Naves cum eodem vento à latere ſpirante, in diverſa obliquato velo tendentes. L. QUÆLIBET AURA PERITIS UTILIS. Bruxell.

937.

Ab Adverſis, variæque fortunæ diſcriminibus nobilitata. Fluvius per ſaxa Breviáque fluens, ac ſpumans. L. PER CONFRAGA CLARESCIT. Alex. VII. Bovius.

938.

Et: Iris. L. ET TURBIDA PROSUNT. Idem.

939.

Ex omni re id, quod vero bono conducit, eligens. Apes à floribus in ſua ſe alvearia recipientes. L. MELIORA REPONIT. Syll. Men.

940.

Eadem in rerum humanarum delectu cauta. Manus Titionem à foco, parte, qua nondum ardet, retrahens. L. QUA NON NOCET. Syll. Men.

941.

Et Formica. L. AD INANIA NUNQUAM. *Ex Ovid.*
Vel: QUÆSITA REPONIT. *Ex Virg.* Apud Piccinell.

CMXLII.

Providens; ſeu Oeconomica. Sol Nubes attrahens. L. COLLIGIT UT SPARGAT. P. Moyne.

CMXLIII.

Formica per æſtatem Laborioſa. L. NON INCAUTA FUTURI. C. Rancatus.
Vel: VENTURÆ HYEMIS MEMORES.

CMXLIV.

Cum Adverſa Fortunâ compoſita. Luna. L. FRA L'OMBRE NON ERRO. *Non erro in tenebris.* Syll. Men.

945.

Potentiorum impetum, & adverſæ fortunæ ictus dextrè declinans. Arbor Vento flanti obſecundans, & morigera. L. CEDENDO VINCO. Vel VICTOR. *Ex Ovid.*

Eadem folia & frondes vento permittens. L. REDDO LIBENS.

946.

Nunquam præceps, ſed lentè, ac pacatè omnia expendens. Stella Polaris, vel Saturni: altiſſima, Ideóque indeprehenſi motûs. L. IMMOTA VIDETUR.
Vel: TARDIOR IN SPECIEM LONGE EST VELOCIOR. Syll. Men.

CMXLVII.

Nec perplexa tamen. Aquila. L. NEC TEMERE NEC TIMIDE. Ibidem.

CXLXVIII.

In agendi ratione familiariter cum æqualibus, & Legati munus apud Principes exteros obeundo. Horologium Rotatum. L. DICENDA TACENDAQUE CALLET. P. Engelgrave.

CMXLIX.

Prudentia Principis in delectu Miniſtrorum. Aquila cum ſuis pullis in nido. L. ANTE FIDEM SOLIS NON FAS EDUCERE. Syll. Men.
Vel: ÆSTIMAT AD LUMEN VERUM GENUS. Ibidem.

CML.

In puniendo. Unicornis. L. PRÆ OCULIS IRA. Saaved.

CMLI.

Militaris : in eligenda conflictûs opportunitate. Machina Horologa, cujus nolam efficatus Hercules Clavâ ferit. L. A SUO TEMPO.

Vel latinè : ADERIT JAM TEMPUS. *Ex Virg.*

Vel : NOSCE TEMPUS. Thesaur.

952.

Et acie ordinandâ. Testudo militaris, quam multi milites, & conferti super humeros clypei componunt, *ut est apud Lipsium in Lib. Poliorceticon.* L. OMNIS IN UNUM. Thesaur.

CMLIII.

Per ambages stratagemate militari ad destinatum tendens. Meander fluvius multo circuitu labens. L. OBLIQUUS NON DEVIUS. Bohours.

954.

Et : Sistrum : seu Cornu Venatorium. L. PER OBLIQUA CLARESCIT. Anton. Card. Barber. Bovius.

CMLV.

Prudentia Politica finem suum rectà, & strenuè persequens. Sagitta evibrata. L. RECTA ET CITO. Bohours.

CMLVI.

In disturbando Hostium fœdere, triplici appellato. Cithara chordâ unâ dissiliente : *quâ significabatur Hollandia.* L. FRUSTRA CONCORDES ALIÆ. In Thes. Turen. P. La Rüe.

CMLVII.

Et : Fornix ablato supernè lapide quadrato interruptus, ideóque caducus. L. UNO AVULSO. Idem Ibidem. *Quamvis, ut Virgilij Versus prosequitur, contrarium confici debuisset. Videl :* Non Deficit alter. &c.

958.

Et : Cerberus Triceps inter flammas vinctus. L. TERRITET UMBRAS. Idem Ibidem.

959.

In tranquillandis turbis popularibus : *Ut seditionis Neopolitanæ.* Cynosura supra mare turbatum apparens. L. RESIDEBUNT IRÆ. Card. Alterio *Nuncio Apostolico Neapoli, ac postea Pontifici Clem. X.* Bovius.

960.

Et in turbis Mutinensibus. Zephyrus cum Sole in Ariete. L. SOLVITUR ACRIS HYEMS. *Ex Horat.* Idem Eidem.

CMLXI.

Prudentia Principis in celandis suis Consilijs. Grus rostro lapidem tenens : *ad vitandum clamorem etiam improvisum.* L. SILENTIO TUTA. Syll. Men.

CMLXII.

Et in perspiciendis, ac retegendis aliorum. Obeliscus Pamphylius : *Romæ in Foro Agonali.* L. CLARET AB OBSCURIS. Innoc. X. Bovius.

963.

Et : Gladius per scopuli fissuram adactus. L. ACUIT UT PENETRET. Jo. 1. Reg. Lusit. Apud Typot.

CMLXIV.

In rebus magnis sine strepitu, pacatè, sed citò peragendis. Fluvius ingens, ac latè fusus ; ideóque similis quiescenti. L. LATET ALTA CELERITAS. Eidem Idem.

965. Et :

965.

Et: Surculi in Arborem insitio, seu inoculatio. L. OCULATA SED OCCULTA. Idem Alex. VII.

966.

In ordinanda Republica. Manus numerarios nummos disponens in tabula Arithmetica. L. ESSE FACIT QUODCUNQUE JUBET. Men.

CMLXVII.

In ejus administratione committendâ pluribus. Arca pluribus seris, cum clavium fasce. L. TUTA EST RES CREDITA MULTIS. Idem.

CMLXVIII.

Prudentia Principis est salus Reip. Argo, Signum cæleste. L. STAT LUCIDA CLAVO. *Ex Arato.* Idem.

Vide sub eodem PRUDENTIÆ *Titulo Classem II. in voce :* PONTIFEX, PRINCEPS, REX.

S.

SAPIENS, ET SAPIENTIA.

969.

Sapiens famâ rerum gestarum ubique inclytus. Sol. L. SE TOTUM SPARGIT IN ORBEM. Syll. Men.

CMLXX.

Mente, consilióque rectus, & integer. Luna plena Soli opposita. L. RECTO INTUITU.
Vel : QUA SPECTAT LUCET.

CMLXXI.

Æger, & Lecto affixus, ac nihilominus pro bono publico laborans. Gallina Ovis incubans suis. L. ET CUBANS OPERATUR.

CMLXXII.

Et: Ægro ut plurimùm corpore. Luna Semiplena, vel ejus Quadrans. L. SEMPRE LUCE UNA PARTE E L' ALTRA LANGUE. *Parte nitente aliâ, pars altera languet.* Ibid.

973.

Sibi aliisque proficuus. Sol. L. SIBI ALIJSQUE, (*supple*,) Fulget.

CMLXXIV.

Imperturbata, & constantem vitæ tenorem servans. Stella Polaris. L. IN MOTU IMMOBILIS.

CMLXXV.

Et: Firmamentum, in quo Stellæ, supra Nubem subjectam. L. SUPRA SEMPER SERENUM.

CMLXXVI.

Sol in Ecliptica. L. NEC TURBINE DEVIUS UNQUAM. Ibidem.

CMLXXVII.

Sorte suâ contentus, & ab omni ambitione remotus. Aquila Nidum suum alis obtegens. L. PAR ÆDIBUS HOSPES. P. L'Abbé.

978.

Magna agitans animo : atque interim premens. Gallina ovis incubans. L. MOX EXCLUDAM. Syll. Men.

CMLXXIX.

Cum adversâ fortunâ compositus, & Invictus. Struthio-Camelus ferrum mandens. L. DEVORAT ET CONCOQUIT.

980. Et:

980.

Et : Ardea ſupra Nubes elata. L. ALTIOR PROCELLIS.
Vel : NUNC PLUAT. Ibid.

CMLXXXI.

Ericius in Globum collectus, protenſis undique ſpinis, ſeu aculeis ſuis; cùm à canibus impetitur. L. TEMER NON PUOTE IN SE STESSO RACCOLTO. *Nil timet in ſemet collectus.* Bargaglius.
Vel : SE TUTISSIMUS UNO.
Vel : MEA ME VIRTUTE INVOLVO. *Ex Horat.* Silv.

CMLXXXII.

Contra Invidiam, & adverſa quæque præmunitus. Urſa minor, Sidus. L. NESCIA MERGI. Syll. Men.

983.

Eâque major, & Calumniâ omni ſuperior. Sol Nubila diſpellens. L. NITENTES UT SPARGAT RADIOS.

CMLXXXIV.

Favore, gratiáque Principis excuſſus; aut juſtis rerum geſtarum, ac virtutis æſtimatoribus deſtitutus. Struthio-Camelus. L. NON SUBLEVAT ALA. Ibidem.

CMLXXXV.

Idem patriâ ſuâ extorris, & Exul. Hirundo. L. OMNE SOLUM PATRIA EST. *Ex Ovid.* Ibid.

CMLXXXVI.

Peregrè inclareſcens magìs. Malus Perſica. L. TRANSLATA MELIOR.

CMLXXXVII.

Et: Teſtudo. L. OMNIA MEA MECUM PORTO. Dictum Biantis.
Vel : *brevius.* MEA OMNIA MECUM. Silv.

CMLXXXVIII.

Publico cautè abſtinens. Noctua in ſpelæi cavernâ. L. HABITAT MENS ALTA RECESSUS.
Vel : SAPIENS PRÆFULGIDA VITAT. Ibid.

CMLXXXIX.

Amans Solitudinis. Uniones intra ſuas Conchas. L. AMANT PRETIOSA LATERE. P. L' Abbé.

CMXC.

Adverſæ Fortunæ patientiâ nobilitatus. Silex chalybe percuſſus, & ſcintillans. L. CLARESCIT AB JCTU. Apud Piccin.

CMXCI.

Maria de Medicis, Regina Galliæ, in fuga ſua à Belgis ſummis honoribus culta. Malus Aurea, vel Perſica in vaſe. L. EXILIIS CONTENTA SUIS. Montmor.

CMVCII.

Ad vitam privatam à publicæ rei adminiſtratione redactus. Fons per ſcalas gradatim defluens, & ſpumans. L. VETRO SE JO POSO E SE JO ROUINO ARGENTO. *Dum conſiſto inſtar Vitri ſplendeo, dum cado, inſtar Argenti.* Apud Piccin.

CMXCIII.

Sapiens captivus, & Carcere concluſus. Horologium turri incluſum, & foris Horas Indice ſignans, adeóque rerum gerendarum tempora publico indicans. L. SAPIENS E CARCERE REGNAT. Silv.

CMXCIV.

Et : Luſcinia in caveâ. L. VOCEM MIHI FATA RELINQUUNT. *Ex Ovid.* Montmor.

CMXCV.

Eâ ratione multis gravibusque periculis ſubtractus. Avicula Caveæ incluſa, circumvolitante Vulture. L. SECURUM CARCER FACIT. Moyne.

CMXCVI.

Dignitate, ac Fortunis ſuis exutus. Arbor decuſſis à Vento folijs ſtans, recto vertice. L. BASTA QUE YO VIVO. *Vivo tamem idque ſat eſt.* Bela.

997.

Et: Candela, quæ emungitur. L. QUEDA MAS LIMPIA *Clarior inde.*
Vel: AUGES DUM MINUIS. Syll. Men.

CMXCVIII.

Luna ſemiplena. L. NON PERDE MAI PER VARIARE IL GUARDO. *Nil perdit facie mutatâ.*
Et Cælum. L. NIL MOTUS LUMINIS AUFERT.

CMXCIX.

Ubique ſibi ſimilis, & ſemper. Sol ſupra Horizontem, Montes, flumina, Templa, Domos, &c. L. NUSQUAM ALIUS. Ibid.

M.

Et: Leo in diffracto ſpeculo bis idem apparens. L. SIEMPRE EL MISMO. *Semper & ubique Idem.* Saaved.

MI.

Sol Occidens. L. SUPRA IDEM INFRAQUE. Moyn.

MII.

Rerum Principia, & fines ſecum exigens, ac conferens. Draco, ſeu ſerpens, caudam ſibi admordens. L. A QUO ET AD QUEM. Syll. Men.

1003.

Et Vires ſuas cum negotiis ponderans. Hirundo ſupra nidum ſuum alas explicans. L. NE PRÆCEPS IN AERA.

1004.

Sua tantùm curans, non aliena negotia. Anſer non niſi à ſe poſitis, ut fertur, ovis incubans. L. NON ALIENA. Ibidem.

MV.

Vitans grandia: ſed periculoſa. Navicula littus radens. L. ALTUM ALIÆ TENEANT. Bruxell.

1006.

Ex intricato ſe negotio expediens. Sol, cùm è Nube prodit. L. EMERGIT TANDEM. Syll. Men.

1007.

Conſilia ſua obtegens. Ventus. L. NON SAI NE DONDE NE DOVE. *Nec unde nec quo nôſti.* Ibid.

MVIII.

Illuſtris rebus præclarè geſtis. Sol cum radiis in coronæ modum diſperſis. L. SUA SE LUCE CORONAT. Idem.

MIX.

Sua potiſſimùm Induſtriâ Nobilitatem adeptus & Opes. Phœnix in ſuo Rogo. L. HÆRES IPSE SUI. *Ex Claud.* Silv.

1010.

Sapientia. Ex rebus malis, & maleficis benefaciendi materiem elicit. Apes in Aconito, vel Cicutâ, L. UTILE ET A NOXIIS. Franc. Card. Barberino Bovius.

MXI.

Rerum Divinarum, & Humanarum juſta æſtimatrix, & has ad illas comparans, ac dirigens. Dioptra, ſeu Amuſſis, & Regula ſurgenti muro applicata. L. ÆQUAT ET DIRIGIT. Apud Piccinellum.

MXII.

Ad Posteros per Librorum editionem propagata. Pistilli, & Apparatus Typographicus. L. E FUMO IN LUCEM. Saavedra.

MXIII.

Ejus fructus laboriosus. Nux Castanea undique hispida. L. SE NON SI APRE NON SI GODE. *Non nisi fracta sapit.* Bela.

MXIV.

Scientia : suaviter tradenda. Hortus in formam munimenti bellici opere Topiario conformatus. L. DELEYTANDO ENSEÑA. *Delectando docet.* Saaved.

MXV.

Militi quoq; necessaria. Tormentum bellicum cum instrumento Geometrico seu Quadrante illius ori inserto. L. NON SOLUM ARMIS. Idem.

Vide quoque Classem II. vocibus PRINCEPS, REX, ac SENATUS REGIUS.

SENATOR.

MXVI.

Seu : Administer Regius commissum sibi munus Principi suo acceptum per omnia referens. Horologium Sciathericum. Sole imminente, & per umbram horas cum Gnomone indicante. L. TU MIHI QUODCUNQUE HOC REGNI. *Ex Virg.* Montmor.
Vel: TE SINE NOMEN INERS.

Senatorum, variorum Administrorum officia.

1017.

Custodia Ponderum, & Mensurarum. Horologium cum suis ponderibus, & Libramento. L. PONDERA TEMPERAT.

1018.

Cura Rei Monetariæ. Lapis Lydius. L. ÆRA PROBAT.

1019.

Reddituum. Clavis. SERVAT OPES DOMINO.

1020.

Vectigalium, & Contributionum. Horologium cum Lineis æqualiter à se distantibus, cum indice. L. DIVISIS PARTIBUS INSTAT.

1021.

Ædilitas : seu præfectura Fabrûm. Dioptra. Amussis, Regula. L. SURGENTES EXCITAT ÆDES.

1022.

Recognitio Feudorum, Nobilitatis, Jurium, &c. Horologium Sciathericum. L. QUÆ SUPERIS SUNT VISA NOTAT.

1023.

Examen Rationum. Perpendiculum in Horologio. L. LIBRAT MOMENTA. Men. omnia.

MXXIV.

Senator Invidiâ petitus. Horologium Sciathericum, cui nubes & nebulæ Solem, adeóque usum suum eripiunt. L. UMBRA NOCET. *Ex Ovid.* Montmor.

MXXV.

Eâdem, & obtrectantium calumnijs superior. Aquila volans frustra sagittis impetita. L. HAUD ULLÆ POTUERE. *Ex Virg.* Syll. Men.

MXXVI.

Et : Serpens inter duas petras pellem sibi abstrahens. L. EX ANGUSTIIS AUGUSTIOR. Ap. Piccin.

MXXVII.

Recti tenax; & Regi suo fidelis. Aquila fulmen tenens. L. SOLI DEVOTA JOVIQUE. Syll. Men.

MXXVIII.

Vigilans in obsequium Principis, & Reip. utilitatem. Grus altero pede lapidem sustinens. L. SIEMPRE BELA. *Semper Vigilat.* Bela. *Reddidit Auctor nominis sui intellectum.*

Vel: DAT CURA QUIETEM. Montm. *Ex Virg.*

MXXIX.

Quæstor illibatæ fidei, ac Regi suo ærarium à se quoque intactum servans. Canis Venaticus perdicem sistens: dum super injecto reti à Domino capiatur. L. ABSTINET INVENTIS. *Emendatum à Bohoursio. Cùm Bochartus antè inscripsisset:* Inventis fidus abstinet.

1030.

Et Draco Hesperidum. L. SERVAT ET ABSTINET. Ibid.

MXXXI.

Speculum. L. REDDIT CUNCTA FIDELITER. Men.

MXXXII.

Luna: Noctem illuminans per acceptam à Sole Lucem. L. CUNCTA REFUNDIT. Idem in Syll.

MXXXIII.

Catarrhacta rivum sistens. L. SERVAT ET EFFUNDIT. Bohour.

SENATUS.

MXXXIV.

Regi fidus Regnum tuetur. Malum coronatum, & hians: stipatis intus arctè granis. L. SUSTENTANT JUNCTA CORONAM. Men.

1035.

Et: L. TOT PURPURATIS DIADEMA UNUM. Idem.

MXXXVI.

Quæstura Regia. Fascis clavium. L. L. DOMINI RES CREDITA NOBIS. Men. in Salesianis.

Vide simlilia hic in voce: ADMINISTER. *Et Classe II. Tit.* SENATUS REGIUS.

SPES.

MXXXVII.

Sive Fiducia. In Adversis, cùm vel maximè premunt. Cælum serenum. L. NON SEMPER IMBRES. *Ex Horat.* Syll. Men.

MXXXVIII.

Sol inter Nebulas. L. NON ANDRA MOLTO E N' USCIRA. *Emerget brevi.*

Vel: NON DIU.

Vel: ALIQUANDO ELUCTABOR. Ibid.

1039.

Nox. L. RURSUM POST TENEBRAS SPERO LUCEM. Job. Idem.

MXL.

Spes Pacis tempore Belli. Ignis erraticus: *S. Elmi dictus.* Super Navim tempestate jactatam effulgens. L. VICINÆ NUNCIA PACIS. *Intellige* flamma.

MXLI.

Publicæ Tranquillitatis à Principe puero. Sol Oriens, & nubila dividere incipiens. L. ME CRESCENTE CADENT. Ibid.

MXLII.

Post multa Adversa tolerata. Flores à ventis, & pluviâ prostrati, cum Sole Oriente resurgentes. L. CERTA EST FIDUCIA LAPSIS. Bruxell.

Vel : SPES CERTA SERENI.

SUBIECTI.

MXLIII. & MXLIV.

Subjectorum populorum copia, & multitudo Reip. nihil incommodant, imò plurimùm prosunt. Est Symbolum duplex. Apes videlicet magno numero floribus insidentes, eædémque ad Alveare revolantes. L.

{QUID DEMIMUS ?
{QUANTUM ADDIMUS? Montmor.

XXLV.

Eorum opulentia Regno utilis. Salix putata, vel Myrrha, vel Balsami Arbor incisa, & stillans. L. VULNERIBUS FECUNDA SUIS. *Ex Ovid.* Idem.

T.
TIMOR.

MXLVI.

Amoris causa, & effectus. Gallina pullos suos sub alas recipiens, & contra Milvum defendens. L. TIMOR AUGET AMOREM. Bruxell.

MXLVII.

Securitatis præsidium. Ut nihil timeas, omnia metuenda. Crista è Plumis Cassidi infixis. L. TREMOLE MA SALDE. *Tremulæ : sed non infractæ.* Syll. Men.

MXLVIII.

Timor, seu Reverentia erga Magistratus. Fasces Consulares. L. TIMOR ADDIT HONOREM.

MXLIX.

Inanis, & Panicus aliquando Principibus illudit. Leo ab accensa face fugitans. L. MAGNOS VANA FUGANT. Apud Piccin.

V.
VIDUA.

ML.

Desiderio defuncti Conjugis afflicta diu noctúque. Coturnix, in caveâ, summo mane, ac Vespere lugubriter clangens. L. INGEMIT AD ORTUM OCCASUMQUE. Syll. Men.

Vel : NOCTE DIEQUE GEMIT. *Quod perinde de Turture dictum est : apud eundem.*

MLI.

Turtur Ramo Arboris aridæ insidens. L. SOLA DOMO MOERET VACUA. *Ex Virg.* P. Mayne, qui respexit ad genus femininum, quod Turtur habet in sermone Gallico. LA TOURTERELLE.

Vel : PIANGO SUA MORTE E MIA VITA. *Mortem illius Vitámque meam deploro.* Bohours.

Vel : VIVO AD ALTRUI SE PUR VIVO. *Vivo Alij : si vivo tamen.* Idem

MLII.

Et Principis defuncti Conjunx Remp. administrans. Iris. L. INTER NUBILA FULGET. Duci Sabaudæ. Quinault.

MLIII.

Vidua Defuncto Marito datam fidem constanter servans. Turtur. L. UNI SERVO FIDEM.

Vel : ET SOLITARIA ET SOLA.

MLIV.

Fruſtrà proinde à Procis ſolicitata. Turtur. L. SOL CONTRO AMOR SUPERBA. *Amoris tantùm contemptrix, & hoſtis.*

Vel: NUNQUAM ALTERIUS. Syll.Men.

MLV.

Nubes ab Occidente Sole relucens. L. L. DEFICIT AT MIHI ADEST. D. de Guebriant. Ibid.

MLVI.

Vidua mariti ope deſtituta. Navis in Tempeſtate gubernaculo, & malo deſtituta. L. TRISTA LA NAVE CH' HA PERDUTO IL NOCCHIERO. *Væ Navi deſtitutæ Nauclero.* Ibid.

MLVII.

Et: Columba, conjuge amiſſo. L. MISERA JO VIVO IN LIBERTADE AMARA. *Miſera, & in amara libertate vivo.* Ibid.

MLVIII.

Conjugis mortem dolens. Serpens bifariam ſectus. L. NEC MORS NEC VITA RELICTA EST. Ammiratus.

MLIX.

Nec ideo tamen publica munia intermittens. Iris, cælo turbato. L. LUCET ET IN LUCTU. Moyn.

MLX.

Literis educandis unicè dedita. Gallina pullos ſuos alis protegens adverſus accipitrem. L. SERVATQUE FOVETQUE. Ibid.

MLXI.

Et Aquila prædam inter pullos dividens. L. NON SIBI PROVIDA SOLI. Ibid.

Vide plura ſuperiùs voce: FEMINA. AMOR CONJUGALIS. *Et Claſſe II.* AMANS. CONJUGIUM. FEMINA PRINCEPS. VIDUA.

SYMBOLA ETHICA.

VIGILANTIA.

*1060.

Agmen Gruum quieſcens, unâ pro cunctis ſtante, ac pede altero lapidem tenente. L. VIGILANTIA ET CONSILIO. Amedei Rubei apud Theſaurum.

Vel: IN SOMNO INSOMNIS. Syll.Men.

Vel: Grus: Aſteriſmus. INSOMNES NOCTES. Idem.

*MLXI.

Vigilantia militaris. Sagittarius cæleſtis. L. SEMPER IN ARMIS EXCUBAT. Bruxellen.

MLXII.

Et Ducis Bellici. Gryphus. TOUS JOURS A L' ERTE. *Semper Vigil & promptus.* Syll. Men.

MLXIII.

Gallus gallinaceus. L. NON DECIPIT SOMNUS. Idem.

MLXIV.

Principis: aut Pontificis. Stella ſex monticulis impoſita. L. IN EMINENTES EXCUBAT. Alex. *cujus ea Teſſera.* Bovius.

MLXV.

Et: Leo apertis oculis quietem capiens. L. NON POSSIDET OMNIA SOMNUS. Innoc. XI. Idem.

MLXVI.

In conſervanda Urbe tempore Peſtilitatis. Quercus oviculas umbrâ ſuâ protegens â Caniculæ cæleſtis ardoribus. L. DEFENDIT ÆSTATEM. *Ex Horat.* Idem. Alex. VII.

MLXVII.

Gregorij XIII. Draco Heſperidum Poma cuſtodiens. L. Græcum ΓΡΕΓΟΡΕΙ. *Vigilat.* Syll. Men.

MLXVIII.

MLXVIII.

Philippi IV. Hiſpaniarum Regis. Leo apertis oculis dormiens. L. EXCUBIÆ CAPITIS FECERE QUIETEM. P. Bareta.

MLXIX.

Elephas acclinis arboris trunco: *quâ ratione ſomnum capere dicitur.* L. NEC JACET IN SOMNO.

MLXX.

Ignis Veſtalis in Ara. L. CUSTODE PERENNAT. Idem.

MLXXI.

Præſidis Religioſi. Pſittacus inſomnis, dormiente familiâ. L. SOMNOS TUETUR OMNIUM SOLUS VIGIL. P. Cauſſinus.

MLXXII.

Eccleſiæ Præſulum. Stellæ. L. ADVIGILANT FATIS. Syll. Men.

VINDICTA.

1073.

Noxia ſumenti. Manus è nube protenſa (*de more omnis manûs â corpore ſeparatæ quodamodo*) & ab apibus icta. L. MUY MAYOR ES VUESTRO DAÑO. *Vos luitis graviùs.* Bela.

1074.

Et: ſecuris in arbore fracta. *Ipſa loquitur Aſcia.* TE NUISSANT JE ME DOMMAGE. *Dum noceo pereo.* Idem.

VIRTUS.

MLXXV.

Rebus Adverſis exercita. Prælum Librarium. L. FINGITQUE PREMENDO. Bohours.

MLXXVI.

Et: Flores in Horto, ſpirante vehementiùs vento, inclinati: ſed eò fragrantiores. L. CRESCIT ODOR. P. Gambertus.

1077.

Earum contemtrix. Urtica. L. CHI D' OFFENDERMI CREDE IN VAN MI PRENDE *Fruſtra eſt, qui me offendere tentat.* Vel: *offenſionem nec ſumo, nec reddo.* Men. Carrous.

MLXXVIII.

Rebus adverſis ſpectata; & perfecta. Campana ſuſpenſa. L. PERCUSSA VALESCIT. Bela.

MLXXIX.

Et: Statua nondum penitus elaborata, jacente propè malleo, & ſcalpro. L. L. PERCUTIAR UT PERFICIAR. Moyne.

1080.

Sortem adverſam interdum dextrè prudenterque declinans. Hirundo migrans. L. CÆLI MELIORIS AD AURAS. Syll. Men.

MLXXXI.

Depreſſione, & abjectione nobilitata. Tuberoſa flos, noctu, ac in tenebris fragrantior. L. GRATIOR A TENEBRIS. Idem.

1082.

Et: Pyropus in obſcuro rutilans. L. PROFICIT IN TENEBRIS. Bovius.

MLXXXIII.

MLXXXIII.

Atque inde Illustrior. Stella Polaris, sudo & hyberno cælo. L. NE' RIGORI PIU BELLA. *Rigidiore Cælo serenior.* Syll. Men.

Vel : ALTIOR A GELIDIS. Academici Gelati.

MLXXXIV.

Victrix obtrectationum, & insectationum. Flos mali Punici. L. NEC DEERIT CORONA. Moyn.

1085.

Iisdem durata, & illustrata. Coralium ex undis exsurgens, *ac tum denique, ut dicitur*, colorem, & lapidis duritiem induens. L. ROBUR ET DECUS. Saaved.

MLXXXVI.

Calumnijs Invidorum appetita. Sol in Eclipsi. L. TEGITUR NON DEFICIT.

Vel: NON VIS NON FORMA RECESSIT. Syll. Men.

1087.

Iisdem Superior, & invicta. Sol radijs suis densam obscurámque Nubem dividens. L. ET PER DENSAS TRANSPARENS. Idem.

1088.

Et : Et Caprifolium. L. ALTE FLORESCENS ASPERA VINCIT. Menest.

1089.

Et : Laurus à fulminibus quaquaversum sparsis intacta. L. NULLIS OBNOXIA FATIS. P. Gambertus.

MXC.

Sol item Nubibus obsitus. L. PREMITUR NON OPPRIMITUR. Card. Dolfini.

Vel : AUN QUE OS PESE. *Vestris ingratijs* (*emergam*) Pagani Doria. Academici cognom. AFFIDATI. *Confidentis.*

1091.

Sol Oriens è nebulis, & nubibus. L. NON MEN LUCIDO RISORGE. *Non minùs aureus exit.* Syll. Men.

1092.

Virtus Candore integritatis, & charitatis Purpurâ insignis. Cariophyllus, flos. L. IGNE RUBET CANDETQUE NIVE. Moyn.

MXCIII.

Pura, & simplex : ac ejusdem semper tenoris. Stellæ sudo cælo. L. NY MANCHA NY MUDANÇA. *Non Macula, aut Mutatio.* Syll. Men.

1094.

Et : Juncus floridus. L. NESCIT NODOSA. Men. Carrous.

1095.

In omni vitæ genere spectata. Torques aureus. L. INTEGER EX INTEGRIS. Clem. X. Bovius.

1096.

Utilis, & Decora. Nardus Celtica : arbuscula. L. JUVAT ET ORNAT Men. Carrous.

1097.

Cum egregiâ corporis formâ conjuncta. Rosa-Laurus. L. VIRTUTI ET GRATIIS. *Innuit, quod hisce Deabus Templum Veteres consecravêre.* Moyne.

1098.

Ac nihilominus ſemper intaminata. Geſminum. L. VIRTUTI DECUS ADDIT ODOR. Idem.

1099.

Vera, & ſolida, miniméque fucata. Iris flos. L. CÆLESTI NON INFERIOR. Idem.

1100.

Sine cujusquam injuriâ vitam exigens. Hirundo. L. NOBISCUM INNOXIA. *Nam cæteræ volucres, aut nocent ſementi, aut non ſine ſumptu paſcendæ ſunt.* Syll. Men.

1101.

Vitiis tantùm infeſta. Aſphodelus: flos, aut herba. L. NOXIIS TANTUM. Ibidem.

MCII.

Conſtans, nec patiens ſe in transverſum abripi à Recti tramite. Equus in ſtadio clauſo, vel per ſuum orbem decurrens. L. EXSILIO NON TRANSILIO. March. Ferd. Bentivoli. Apud Typotium.

1103.

Perfectiſſima etiam in minimis. Horologium parvum, & rotatum. L. IN TENUI LABOR. *Ex Virg.* Bovius. C. Bellarmino.

1104.

Et Ignis magnus, è quo parvæ ſcintillæ abſiſtunt. L. EX MAGNO TENUES. Syll. Men.

MCV.

Ad extremum usque vitæ intaminata. Liguſtra: ſeu Lilia flaccida. L. CUM CANDORE CADUNT. *Ex Virg.* Eidem Bellarm. Bovius.

1106.

Inſignis ſanctitatis laude paſſim celebrata. Luna pleno lucens orbe. L. APPARET CUI TOTA PATET. Idem Eidem.

MCVII.

Virtus ſumma, & ſingularis. Sol. L. NEC EST NEC ERIT NEC FUIT ALTER. Syll. Men.

MCVIII.

Numeris omnibus abſoluta. Sol meridianus Pyramidi Ægyptiæ imminens, quin hæc tenuem vmbram usquam projiciat. L. LUCET ET CARET UMBRA. Chaumels.

MCIX.

Et: Cycnus limpido ſtagno innatans. L. SINE LABE ARGENTEUS. Syll. Men.

1110.

Omnibus conſpicua. Urſa Cæleſtis. L. NUNQUAM LATET. Idem.

Vel: ut D. Urſinus Academicus cognomento Gelatus inſcripſit: QUO MAGIS GELAT CLARIUS LUCET.

MCXI.

Sol inter Planetas. L. SOLUS NON ERRAT. Idem.

MCXII.

Cum inſigni eruditione, ac ſapientiâ conjuncta. Galaxia. L. INNOCUO CANDORE NITET.

MCXIII.

Meritis honoribus culta. Tubulus pyrius. L. EX ARDORE SPLENDOR. Idem.

1114.

Et Fax in Globo Vitreo. L. LATIUS UT ILLUSTRET. Idem.

1115.

Publici fugitans, & Teſte Deo contenta. Luna Nova: ſeu inanis in ſpeciem. L. CÆLO DATUR QUOD DEMITUR ORBI.

1116.

Lumen in Laterna. L. LATEAT UT LUCEAT.

1117.

Et Fornax carbonaria, terrâ, & ceſpitibus tecta. L. CONCEPTOS FERVORES NE MINUAT. Idem.

MCXVIII.

Ad Infima quæque ſeſe demittens; & tamen ſapientiæ ſtudiis, & rerum cæleſtium contemplationi dedita. Sol mundum illuſtrans. L. IMA REPLENS NEC DESERIT ALTA. Idem.

1119.

In conſortio vitioſorum hominum illibata. Via Lactea: ſeu Galaxia. L. TRA L' OMBRE OSCURE PIU LUCENTE E BELLA. *Umbras fulgentior inter.* Idem.

MCXX.

Virtus eximia, ideóque Invidiæ & criminationibus expoſita. Sol Meridianus. L. TANTO SI VEDE MEN QUANTO PIU SPLENDE. *Quò magis ſpendet, tantò minùs aſpcitur.*
Vel: NEL TROPPO LUME VIENE A CELARSI. *Nimiâ Luce ſuâ obtegitur.* Idem.

1121.

Atque Improbis tantùm Inviſa. Volucres, & feræ nocturnæ Orientem Solem fugientes. L. UT VIDETUR NON VIDENTUR.
Vel: NOCET HIC FULGOR. Syll. Men.

MCXXII.

Virtus ipſa ſibi præmium, & merces. Pavo explicatâ caudâ. L. SIBIMET PULCHERRIMA MERCES. Idem.

MCXXIII.

Ut in rebus humanis emineat, perſpicacitate, prudentiâ, & fortitudine obarmanda. Aquila, Serpens, & Leo. L. OMNIA SIMUL. Franc. de Quevedo.

MCXXIV.

Terrenis affectibus corrumpitur. Luna in Eclipſi: *ab umbrâ terræ videlicet intercepta.* L. CUM SESE INTERJICIT. Syll. Men.

MCXXV.

Rarò labis prorſus omnis expers. Sol cum maculis ſuis. L. EGREGIO IN CORPORE.

1026.

Etiam à minimis vitiis præpeditur. Avicula tenui filo alligata. L. DETINEOR MINIMO. Idem.

VITA HUMANA.

MCXXVII.

Multis, variiſque incommodis, & periculis ſubjecta. Naves aliquot collectis velis, & religatis antennis transverſis ad malum. L. CRUX EST SUA CUIQUE. Bruxell.

MCXXVIII.

Pro ſuo cuique genio delecta Vitæ conditio, uno conſequendæ felicitatis deſiderio. Naves aliæ velis tumentibus in diverſa tendentes. L. OMNES SPIRITUS UNUS AGIT. Idem.

1129.

Aliter, atque aliter pro varietate Indolis, ætatis, &c. Elementa. L. DISCREVIT NATURA PARENS. Syll. Men.

MCXXX.

Non tamen eodem modo ad ultimum finem proficiſcens. Naves per varios, quos vocant, rhombos invectæ, itidem velis explicatis. L. PLENIUS ÆTHEREÆ QUÆCUNQUE OBTEMPERAT AURÆ PROFICIT ANTE ALIAS. lidem Bruxell.

MCXXXI.

Vitæ Humanæ duo Termini. Sol. L. ORITUR ET OCCIDIT. Sap.

MCXXXII.

Ejus Brevitas. Tubulus pyrius in altum ſubvolans, & diſſiliens. L. E SPUNTA E SI DISPERDE. *Simul aſcendit: ſimul interit.*

Vel: DUMQUE NITET CADIT.

MCXXXIII.

Et: Sol Oriens. L. ORITUR UT OCCIDAT.

MCXXXIV.

Sol Occidens. L. OCCIDIT UT ORIATUR. Syll. Men.

MCXXXV.

Anemone flos. L. BREVIS EST USUS. *Ex Ovid. Metam.* Silv.

MCXXXVI.

Nubes tenuis prope Solem. L. AD MODICUM PARENS. Ep. S. Jacobi.

MCXXXVII.

Eadem: Oriente Vento. L. AL VENTO SI DILEGUA. *E Petrarcha. Diluitur Vento.*

MCXXXVIII.

Et: Roſa. L. NASCENDO SENESCIT. Bargaglius.

MCXXXIX.

Nebula item oriente Sole. L. CITO DISSOLVAR.

Vel: MOX RESOLUTA CADET. Syll. Men.

MCXL. & MCXLI.

Pro Symbolo duplici: Roſa. L.

1. UNA DIES APERIT
2. CONFICIT UNA DIES. *Ex Auſon.*

MCXLII.

Et Flos Ephimeros. L. QUEM DIES VIDIT VENIENS SUPERBUM.
HUNC DIES VIDIT FUGIENS JACENTEM. In Nummo Belgico.

Vel: POSUITQUE IN LIMINE VITAM. P. Englgrave.

MCXLIII.

Vitæ Humanæ inſtabilitas: qualis eſt peregrinantium. Teſtudo: *Animal Amphibium, ideóque terram, & aquas per vices incolens.* L. NUSQUAM NON HOSPITA. Areſius.

MCXLIV.

Et: Luna. L. NEC QUOD FUIMUSVE SUMUSVE CRAS ERIMUS. *Ex Ovid.* Syll. Men.

MCXLV.

Proſperis, & adverſis permiſta caſibus. Lunæ primus Quadrans, ſeu Luna Nova. L. INCIPIT AB OCCASU.
Vel: CRESCIT ET DECRESCIT.
Vel: CRESCIT UT DESINAT. Syll. Men.

MCXLVI.

Vita Egenorum, atque humilium. Navicula littus radens. L. MINIMÆQUE ET INANI EST FACILIS CURSUS. Bruxellen.

MCXLVII.

Divitum contrà. Grandis oneraria mercibus gravis, & vix ab aquis exstans. L. PLENIOR EST FUNDO PROPIOR. Iidem.

MCXLVIII.

